UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

**Luxemburgi, 1758**

Anno MDCCLV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-74789

Visual Library

conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, vel auditi fuerint, aut ex alia quantumvis legitima cauſa, aut quovis capite, etiam in corpore juris clauſo, nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam quantumvis ſubſtantiali defectu notari, impugnari, in Jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes Litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Camerarium, alioſque ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & alios quoſcumque quavis præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter decerni contigerit, aut attentari.

Aliter judicari prohibetur.

Derogatio contrariis.

§. 5. Non obſtantibus contrariis quibuſcumque, etiam Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non ejuſdem Terræ, per Nos in Civitatem, ut præfertur, erectæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, quibuſvis Perſonis, & Locis ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, & forma in illis tradita obſervata, præſentibus exprimerentur, & infererentur, pro plenarie & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§. 6. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam Noſtræ abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, conceſſionis, elargitionis, decreti, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. 18. Decemb. 1754. Pont. XV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto, decimoquinto Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Quintodecimo.

*D. Card. Paſſioneus.*
*J. Card. Pro-Datarius.*

VISA
De Curia J. C. Boſchi.

L. Eugenius.

Loco † plumbi.

*Regiſtrata in Secretaria Brevium.*

XLII.

Abbati Generali Ordinis Monachorum S. Hieronymi Congregationis Italicæ indultum conceditur interveniendi Cappellis Pontificiis, locuſque cum aliis Abbatibus Generalibus eidem aſſignatur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

Superiores Generales Ordinum Regularium ad Cappellam Pontificiam admitti ſolent.

ROMANORUM Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Religioni & decori convenire viſum fuit, ut quoties ſacri ſolemniores Eccleſiæ Romanæ Conventus, ſeu Cappellæ Pontificiæ, ipſis præſentibus, una cum ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque Prælatorum Romanæ Curiæ Ordinibus, vel ad Miſſarum ſolemnia celebranda, vel ad alia Eccleſiaſtica Officia peragenda haberentur, Regularium quoque Ordinum Generales Superiores ad illas admitterent.

Ad preces Card. Columna S. R. E. Vice-Cancellarii, Protectoris Ordinis Monachorum S. Hieronymi Congregationis Italicæ.

§. 1. Cum autem Abbas Generalis Ordinis Monachorum Sancti Hieronymi Congregationis Italicæ, qui ut plurimum extra Romanam Curiam moram trahere ſolet, hactenus dictis Cappellis minimè interfuerit: Et Dilectus Filius noſter Hieronymus Sancti Laurentii in Damaſo nuncupati prædictæ S. R. Eccleſiæ Diaconus Cardinalis Columna nuncupatus, ejuſdemque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarius, qui prædicti Ordinis Sancti Hieronymi apud Nos & Sedem Apoſtolicam Protector exiſtit, Nobis preces porrexerit, ut dilecto Filio Felici Nerinio moderno, nec non futuris dicti Ordinis Sancti Hieronymi Abbatibus Generalibus pro tempore exiſtentibus, locum in dictis Cappellis, & Pontificiis Functionibus, ut infra, concedere & aſſignare dignaremur.

Indultum conceditur Abbati Generali ejuſdem Ordinis, ut Cappellis Pontificiis intereſſe poſſit.

§. 2. Nos, qui in egregium Eccleſiæ Doctorem ſpecialis obſequii ſtudium ſemper profeſſi ſumus, idque compluribus & manifeſtis editis argumentis teſtatum facere non prætermiſimus; volentes quoque erga illuſtrem Monachorum Ordinem, illius legibus & inſtitutis fundatum, benevolentiæ noſtræ ſignificationes oſtendere, dictumque Felicem a quibuſvis &c. abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus libentiſſimè inclinati; eidem Felici moderno, & pro tempore exiſtenti dicti Ordinis Sancti Hieronymi Abbati Generali, ut ipſe perpetuis futuris temporibus ſingulis Miſſis Pontificalibus, Diviniſque Officiis, & aliis Eccleſiaſticis Functionibus, quæ in Baſilicis etiam Patriarchalibus Urbis, & in Cappellis alicujus ex Pontificiis Palatiis, in præſentia quoque Noſtra, ſolemniter celebrantur & peraguntur, nec non quibuſvis generalibus Supplicationibus, cum habitu Prælatitio ipſi aliàs a Sede Apoſtolica conceſſo, ſeu juxta ritum, cum Pontificalibus indumentis, intereſſe & intervenire, ac locum in conſueto ſcamno, immediatè poſt alios modernos & pro tempore exiſtentes Ordinum Monaſticorum Abbates Generales, qui ſimili conceſſione hactenus gaviſi ſunt & gaudent de præſenti, habere, & Miſſis ac Officiis & Functionibus hujuſmodi durantibus, retinere, liberè & licitè poſſit & valeat, Apoſtolica auctoritate, harum ſerie, perpetuo concedimus & indulgemus, plenamque & liberam ad id facultatem & licentiam impertimur.

Clauſulæ pro indulti firmitate.

§. 3. Decernentes ipſum Felicem, ac pro tempore exiſtentem Abbatem Generalem dicti Ordinis Sancti Hieronymi, ſuper conceſſione & indulto hujuſmodi, a quoquam, ſub quovis præ-

textu,

textu, occaſione vel cauſa quantumvis juridica, & legitima, vel quæſito colore & ingenio, nullatenus impediri, moleſtari, retardari, aut inquietari poſſe, neque debere: Præſentes quoque litteras ſemper & perpetuo validas & efficaces eſſe & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac eidem Felici, ejuſque Succeſſoribus pro tempore exiſtentibus Abbatibus Generalibus dicti Ordinis Sancti Hieronymi in omnibus & per omnia pleniſſimè ſuffragari, nec ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi debere: Sicque & non aliàs per quoſcumque Judices ordinarios & delegatos quavis auctoritate fungentes, ac Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis prædictæ Nuntios judicari & definiri debere: Irritum quoque & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

*Derogatio contrariis.*

§. 4. Non obſtantibus quibuſvis etiam in Synodalibus, & Provincialibus, ac Generalibus Conciliis editis vel edendis, ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quorumvis Ordinum, & Congregationum, ac Fratrum etiam Mendicantium privilegiis, ac ſimilibus conceſſionibus & indultis Apoſtolica auctoritate quovis titulo conceſſis: Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur, pro expreſſis & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

*Sanctio.*

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, licentiæ, impertitionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem &c., incurſurum.

*Dat. 30. Januarii 1755. Pontificatus an. XV.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLV., tertio Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri anno Quintodecimo.

*J. Card. Pro-Dat. D. Card. Paſſioneus.*

VISA

De Curia J. C. Boſchi.

L. Eugenius.

Loco † Plumbi.

*Regiſtrata in Secretaria Brevium.*

---

## XLIII.

Lettera Circolare della Sagra Congregazione della Diſciplina, diretta a' Superiori Regolari d' Italia, e dell' Iſole Adjacenti, ſopra il dubio, ſe li Confeſſori Regolari, non Curati, ſiano obligati ad intervenire alla Conferenza dei Caſi Morali, ordinata dalli Veſcovi nelle loro Dioceſi?

*Occaſione alla diſputa.*

ALTRE *volte è ſtata eſaminata nelle Sagre Congregazioni l'Iſtanza di alcuni Veſcovi, di potere aſtringere i Confeſſori Regolari, non Curati, a dovere intervenire nella Conferenza de' Caſi Morali, da detti Veſcovi in certi giorni della Settimana deſtinata; e varie furono le Riſoluzioni, ſecondo la diverſità de i Caſi, i quali nelle medeſime furono propoſti. Eſſendoſi poi conoſciuto il pregiudizio, che recava all' Oſſervanza della Diſciplina Regolare il dovere aſſiſtere alla detta Conferenza in quel tempo, in cui dovevano i Regolari adempire i di loro Officj Clauſtrali, e l'abuſo, che ſi era introdotto tra i Confeſſori ſudetti, i quali col preteſto di dovere aſſiſtere alla detta Conferenza, non volevano indi intervenire all' altra ſtabilita dalla ſa. me. di Clemente VIII., e dalle loro Coſtituzioni dentro i Chioſtri; per poterſi in tanto dare l'opportuno rimedio a queſti inconvenienti, molti Procuratori Generali, ſpecialmente quello de i Minori Conventuali, hanno ſtimato coſa neceſſaria il dover far ricorſo in queſta S. C. della Diſciplina, per poterne ſentire la finale riſoluzione, colla quale ſi poteſſero in avvenire togliere tutti i contraſti. Riferitaſi perciò queſta Cauſa in eſſa S. C. dall' Eminentiſſimo Signor Cardinal Guadagni Prefetto della medeſima ſotto il ſeguente Dubbio:*

*Dubbio propoſto in Congregazione della Diſciplina Regolare.*

Se li Confeſſori Regolari, non Curati, ſiano, o non, obligati ad intervenire alle Conferenze de i Caſi di Coſcienza da i Veſcovi nelle di loro Chieſe Secolari ſtabilite?

§. 2. *Et eſſendoſi, prima di dare la riſpoſta al Dubbio ſuddetto, conſiderato, che queſta materia era ſtata già magiſtralmente eſaminata, e riſoluta a favore delli Regolari nella S. C. del Concilio, nel tempo, in cui la Santità di Noſtro Signore PP. BENEDETTO XIV. era Segretario della medeſima, in una Cauſa d'Acquapendente -- Viſitationis Sacrorum Liminum 12. Martii 1718., inſerita nella Notificazione 15. -- al §. De i Confeſſori Regolari, nel Tom. 5. delle Notificazioni, & Editti della Santità Sua, quando era Arciveſcovo di Bologna. Fu di commun conſenſo riſpoſto al Dubbio ſuddetto nel dì 29. Maggio del corrente Anno 1752.*

*Riſoluzione del medeſimo.*

Negative, & dentur Decreta aliàs in re hac emanata. Scilicet a S. C. Concilii in una Aquipendii Viſitationis Sacrorum Liminum 12. Martii 1718. & in Foroſempronien. 12. Maii 1685 *Riferita nel Foglio della citata Cauſa d'Acquapendente.* Et ex S. C. ſuper ſtatu Regularium, in una Maceraten. 15. Januarii 1682. *Quali tutte ſi danno per extenſum nel fine della præſente Lettera.*

*Provvedimenti per far tenere ai Regolari la lezione di Morale, e per far loro oſſervare il Decreto di Clemente VIII.*

§. 3. *Paſſò poi eſſa S. C. nel dare l'opportuno Provedimento ſopra l'abuſo introdotto in alcuni Conventi, ne i quali o per negligenza, o per ignoranza de i Decreti ſudetti, non vi ſi tiene la lezione della Morale, nè vi ſi fanno le Conferenze de i Caſi giuſta il Decreto di Clemente VIII., e delle di loro Coſtituzioni Regolari, con ordinare, ſiccome colla preſente ordina a tutti i Superiori Regolari d'Italia, e delle Iſole adjacenti, l'eſatta, e puntuale oſſervanza del citato Decreto di Clemente VIII., e delle di loro Coſtituzioni circa la Lezione della Morale, e la Conferenza de i Caſi di Coſcienza, da farſi impreteribilmente in tutti i Conventi del di loro Ordine, tanto in quelli, nelli quali vi è la ſufficiente Famiglia di Religioſi, quanto ne i piccioli Conventi, dove però vi ſono Confeſſori Regolari approvati da i Veſcovi per aſcoltare le Confeſſioni dei Secolari. E coll' eſpreſſa condizione, che qual' ora dentro i Chioſtri non veniſſero eſeguiti ad unguem i Decreti di Clemente VIII., e le Coſtituzioni del loro Ordine, le quali preſcrivono la Lezione della Morale, e la Conferenza dei Caſi di Coſcienza, da farſi dentro i loro Conventi, o Monaſterj, in detto caſo ſiano tenuti, ed obligati i Confeſſori ſuddetti Regolari d'aſſiſtere, & intervenire alla Conferenza dei Caſi ſtabilita dai Veſcovi. S' incarica intanto a' detti Superiori Regolari, di fare eſeguire quanto nella preſente Lettera ſi contiene, acciò con effetto reſtaſſero adempiti i Decreti di Clemente VIII., e le Coſtituzioni dei loro reſpettivi Ordini, le quali hanno preſcritta, e ſtabilita la detta Lezione di Morale, e Conferenza di Caſi, come*

un

*un Punto principale dell' oſſervanza della Regolare diſciplina dentro i Chioſtri: E di dover traſmettere la preſente Lettera in tutti i loro Conventi, e Monaſterj, con farla ivi leggere due volte l'Anno, tenerla affiſſa nel luogo ſolito, e regiſtrarla nelle loro Segretarie, acciò non ſi poſſa allegare cauſa d' ignoranza in contrario. Per eſſer così, e non altrimente, l' intenzione di Noſtro Signore, a cui eſſendo ſtata fatta da Monſignor Segretario la Relazione di tutto il contenuto nella preſente Lettera, ſi è benignamente degnato di approvarlo, e di confermarlo. Dato dalla noſtra ſolita Reſidenza queſto dì 8. Novembre 1752.*

F. G. A. Card. Guadagni Prefetto.

*F. Solazzi Archiveſcovo di Tebe Segretario.*

## DECRETUM
### SACRÆ CONGREGATIONIS
### CONCILII

In una Aquipendii Viſitationis Sacrorum Liminum editum 12. Martii 1718.

Decretum S. Congregationis Concilii, de qua ſupra.

*IN relatione Status Eccleſiæ, de more ab Epiſcopo Aquipendii ad hanc Sacram Congregationem tranſmiſſa, legitur, ab eodem inſtitutas fuiſſe in ſua Diœceſi Conferentias, ſive Congregationes pro diſcutiendis Caſibus Conſcientiæ, quæ ſingulo quoque Menſe coguntur, cuique diligentiſſime interveniunt omnes Parochi, & Sacerdotes, quibus Fidelium Sacramentales Confeſſiones commiſſæ ſunt, & reliquus Eccleſiaſticorum Cœtus.*

*In eadem Relatione habetur, quatuor eſſe Conventus Regularium in Civitate Aquipendii, Auguſtinianorum videlicet, Minorum Conventualium, Capucinorum, & PP. Minorum Obſervantiæ, & Religioſos in iiſdem degentes ſæpe ſæpius non eſſe in numero a Sanctionibus Apoſtolicis præſcripto.*

*Rurſus in citata legitur Relatione, alios quinque eſſe Religioſorum Conventus in Diœceſi, duos PP. Minorum Obſervantiæ, alterum in Terra Canini, alterum in Terra Farneſii, ubi pariter exiſtit Conventus Capucinorum; quartus Conventus eſt ille Servorum Beatæ Mariæ Virginis, qui eſt in Terra Iſchiæ; & poſtremus eſt Conventus Carmelitarum in Oppido Cellularum, qui eſt Epiſcopali Viſitationi ſubjectus.*

*Tandem in Relatione, aliis prætermiſſis dubiis, quæ ſpecialem non merentur diſcuſſionem, proponit Epiſcopus, an, Regularibus, qui ſuorum Subditorum Confeſſiones audire capiunt, liberum ſibi ſit & licitum, conditionem in concedendis facultatibus injungere, intereſſendi videlicet menſtruis Diſceptationibus, & Congregationibus Caſuum Conſcientiæ?*

*Pro parte affirmativa ponderari poſſe videtur, id non eſſe novum:* clar. etenim mem. Card. de Luca in adnotationibus ad Concilium Tridentinum diſcurſ. 2. num. 12. *dixit, id futurum eſſe maximopere proficuum, tum, ut Epiſcopus perſpectas habeat opiniones omnium ſuorum Confeſſariorum, tum, ut quantum poſſibile eſt, uniformis ſit Confeſſariorum doctrina in materia morum, & ſignanter Contractuum, in qua ſæpe ſæpius Theologi diſſident a Theologis, & a Canoniſtis; quibus addi poſſet, Collationem hanc omnium Confeſſariorum, tam Sæcularium, quàm Regularium, futuram eſſe non inutilem pro animorum unione; juxta ea, quæ habentur* in actis Eccleſiæ Mediolanenſis tomo 1. par. 4. in Inſtruct. Confeſſ. pag. 647. Ideo Regularium Superiores Confeſſarios ſuos ſæpius moneant, & ad hanc animorum unionem in Fidelium ædificationem adhortentur, curentque in primis, ut dum in Caſuum reſolutione, diverſa inter eos, & Parochos ſententia fuerit, prudenter in eos ſe gerant, & ad Laicorum notitiam id non veniat, ſed ad Nos pro Deciſione recurrant.

*Negativæ e contra favent opinioni ea, quæ ſequuntur. Primo, quod Epiſcopus Confeſſariorum Regulariorum Doctrinam perſpectam habere poteſt in examine, quod illorum approbationem præcedit, ad terminos* Sacri Concilii Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. de Reformat. *Secundo, quod in Decretis pro Reformatione Regularium editis a Clemente Octavo præſcribitur, quod in ſingulis Monaſteriis, & Conventibus bis in hebdomada habeatur lectio Sacræ Scripturæ, vel Caſuum Conſcientiæ, ad quam Fratres omnes convenire tenentur; Tertio, quod hic in Urbe, in decem & ſeptem Conventibus fiunt Congregationes Caſuum Conſcientiæ, illiſque interveniunt Parochi tantummodo, & Confeſſarii ex Clero Sæculari, non vero Regulares, in quorum Conventibus prædictæ caſuum lectiones habentur; Quarto tandem, quod ab hac Sacra Congregatione die* 12. *Maii* 1685., *uti habetur* lib. Decretorum 35. fol. 238., *prodiit hæc reſolutio in quadam Cauſa Foroſempronien. Acceſſus ad Congregationem Caſuum Conſcientiæ.*

Epiſcopus exponit, in Civitate Foroſempronien. duo adeſſe Regularium Cœnobia, unum ſcilicet Minorum Conventualium S. Franciſci, alterum vero Barbanitarum, quæ propter exiguum Religioſorum numerum inibi degentium, ſubjecta ſunt juriſdictioni Ordinarii ex Decreto San. mem. Innocentii X. incipien., *Ut in parvis*, & licet dicti Religioſi hujuſmodi ſubjectionem agnoſcant, atque patiantur, qui tamen ex eis Sæcularium Confeſſiones, eodem Ordinario approbante, excipiunt, ad Congregationem Caſuum Conſcientiæ, quæ ſingulis Menſibus habetur, cuique Confeſſarii omnes interſunt, accedere renuunt; quo circa petit declarari, an prædictos Confeſſarios Regulares cogere poſſit ad intereſſendum præfatæ Congregationi Caſuum Conſcientiæ? Sacra Congr. &c. Reſpondit: Negative.

*Hic poſitis, onus erit EE. VV. decernere.*

An in caſu, de quo agitur, permiſſum eſſe valeat Epiſcopo concedenti Sacerdotibus Regularibus facultatem audiendi Confeſſiones Sæcularium, injungere, ut interſint Congregationibus Caſuum Conſcientiæ?

*Negative: & detur Decretum in Foroſempronien.* 12. *Maii* 1585.

## DECRETUM
### SACRÆ CONGREGATIONIS

Super Statu Regularium in una Maceraten. 15. Januarii 1682. editum.

*CUM Conventus ſuppreſſi, & poſtea reſtituti, in quibus non degunt de Familia duodecim Religioſi, ſint vigore Decreti:* Ut in parvis *ſel. rec. Innocentii X. ſubjecti Viſitationi, correctioni, & omnimodæ Juriſdictioni Ordinariorum Locorum, contigit dubitari, an Religioſi Confeſſores, & non Parochi, in hujuſmodi Conventibus degentes, compelli poſſint ab eiſdem Ordinariis, ut accedant ad Conferentiam Caſuum Conſcientiæ?*

Alterum S. Congregationis ſuper Statu Regularium.

*Propoſito hoc Dubio in Sac. Congregatione ſuper Statu Regularium habita in Palatio Vaticano die* 15. *Januarii* 1682., *Eminentiſſimi PP. cenſuerunt, Ordinarios Locorum poſſe quidem hortari, non autem compellere prædictos Religioſos Confeſſores, non Parochos, ad accedendum ad Conferentiam Caſuum Conſcientiæ.*

# DECRETUM

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

## BENEDICTI PAPÆ XIV.

*IN CAUSA*

POLONA, SEU LUCEORIEN.

*Beatificationis, ſeu declarationis Martyrii Ven. Servi Dei* ANDREÆ BOBOLA *Sacerdotis Profeſſi Societatis Jeſu.*

Dubium primo in Congregatione Rituum propoſitum.

PRopoſita in Congregatione Generali Sacrorum Rituum, coram Nobis habita die 13. Maii 1749. Cauſa Beatificationis, ſeu Declarationis Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Profeſſi Societ. Jeſu, diſputatoque dubio ſequentibus verbis concepto -- *An conſtet de Martyrio, & cauſa Martyrii, nec non de Signis, ſeu Miraculis, in caſu, & ad effectum &c.* -- ſequens a Nobis editum fuit reſponſum die 22. ejuſdem menſis, & anni: *Non conſtare* videlicet *de Martyrio, & cauſa Martyrii, per probationes directas, per Teſtes videlicet de viſu conteſtes idoneos, & aptos, juxta Congregationis praxim, & Sedis Apoſtolicæ inſtitutum*: Sed inſimul Poſtulatoribus conceſſum eſt, ut in alia Generali Congregatione dubium ſupradictum iterum proponere poſſent, & Cauſam, in eo quod attinet ad Martyrium, & cauſam Martyrii, proſequi per viam ſubſidiariæ probationis in ſuo genere perfectæ: & in eodem ſupradicto reſponſo nonnulla alia addita fuerunt, quæ fuerant a Poſtulatoribus omiſſa, & quæ demandatum fuit, ut ab iiſdem ſupplerentur.

Ejuſdem reſolutio.

Iteratum ejuſdem dubii examen ex præſcripta methodo comprobandi martyrium & cauſâ Martyrii per viâ ſubſidiariæ probationis.

§. 2. Ad prædicti reſponſi tramites, derelicta a Poſtulatoribus via directæ probationis, aliaque inita ſubſidiariæ probationis ſuper Martyrio, & cauſa Martyrii; cæteriſque adamuſſim adimpleti-, quæ adimplenda in ſupradicto reſponſo præſcripſeramus; cum in alia Congregatione Generali Sacrorum Rituum coram Nobis habita die 26. Novembris 1754. ab ipſis fuerit iterum propoſita Cauſa Beatificationis, ſeu Declarationis Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Profeſſi Soc. Jeſu, & iterato fuerit diſputatum dubium-- *An conſtet de Martyrio, & cauſa Martyrii, nec non de Signis, & Miraculis in caſu &c.* -- etſi ante acceſſum ad Congregationem tum Scripturæ Poſtulatorum, tum Animadverſiones Fidei Promotoris, tum etiam Conſultorum omnium ſuffragia, Nobis juxta morem ſcripto exhibita, ac Nobis diligenter perlecta fuiſſent, & ſingula rationum momenta a Procuratoribus, & Advocatis viva quoque voce coram Nobis expoſita propriis auribus excepiſſemus, & Congregationi deinde dicta die intereſſentes, omnia & ſingula, quæ a Venerabilibus Fratribus Noſtris Cardinalibus prædictæ Congregationi addictis deducta ſunt, audiviſſemus; a Noſtra tamen promenda ſententia tunc abſtinuimus, & intereſſentes rogavimus, ut ſuis precibus a Patre luminum humiliter peterent, ut Nobis præſto eſſe, mentemque Noſtram illuſtrare dignaretur, antequam ſuper propoſito dubio reſponſum a Nobis ederetur.

Decretum.

§. 3. Poſt hæc, aliorum precibus Noſtras quoque conjunximus; reſumptoque negotio, & omnibus iterum mature perpenſis, habitaque potiſſimum ratione tercentum fere Teſtium in Proceſſionibus tum Ordinariis, tum Apoſtolicis juridice examinatorum, qui de Martyrio, cauſaque Martyrii, & perſeverantia finali, etſi uno, aut altero exceptis, qui ſunt de Viſu, de auditu deponentes, moralem conſtituunt certitudinem, quæ, ſi non impoſſibile, imprudens tamen redderet judicium de oppoſito; inhærentes etiam ſuffragiis Conſultorum, & Cardinalium Congregationis Sac. Rituum adſcriptorum, qui in mox exponendam, in ſufficienti, juxta mentem ejuſdem Congregationis, numero, ſententiam devenerant, Divino iterum in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio ferventiſſime implorato præſidio, Decretum edimus, quod Secretario Congregationis propriis manibus conſignamus, in quo ſtatuimus, & declaramus, Martyrium, & cauſam Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Profeſſi Societatis Jeſu ita probari, ut tuto procedi poſſit ad ulteriora, nimirum ad diſcuſſionem, & approbationem quatuor Miraculorum, juxta formam Decreti Generalis die 23. Aprilis 1741. enunciati in ſupra memorato reſponſo Noſtro edito die 22. Maii 1749.

Die 9. Februarii 1755. Pontificatus XV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 9. Februarii 1755. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquinto.

*D. F. Card. Tamburinus Præf.*

Loco † Sigilli.

M. Mareſuſcus S. R. C. Secr.

---

XLIV.

Pueros ante uſum rationis in odium Chriſti occiſos, an canonizari expediat, diſquiritur, & in hanc rem plura de Martyrio horum Puerorum, cultuque publico iiſdem in Eccleſia præſtito; & de Martyrio cultuque præſertim Beati Andreæ Rinnenſis, cujus inſtitutæ Canonizationis cauſa conſcribendæ Epiſtolæ occaſio fuit, diſtinctim adnotantur.

*Dilecto Filio Benedicto Veterani Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Advocato & Fidei Promotori.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Hiſtorica narratio de Martyrio cultuque B. Andreæ Rinnenſis.

BEATUS Andreas de Pago, ſeu Vico Rinnenſi, Brixinenſis Diœceſis, nondum exacto tertio ætatis ſuæ anno a Judæis in

odium

Si eſamina, e definiſce il punto, ſe ſia eſpediente il canonizare i Fanciulli uccisi in odio di Criſto prima che giungeſſero all' uſo di ragione; ſi fanno più oſſervazioni intorno al martirio ſofferto da tali Fanciulli, ed al culto perciò loro accordato nella Chieſa, ed in particolare ſopra il martirio e culto del Beato Andrea Rinnenſe, la di cui cauſa di Canonizazione è ſtato il motivo di ſcrivere la preſente Lettera.

*Dilecto Filio Benedicto Veterani Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Advocato & Fidei Promotori.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Racconto Iſtorico del martirio, e culto del B. Andrea Rinnenſe.

IL Beato Andrea del Pago, o Villaggio Rinnenſe, Dioceſi di Breſſanone, che non aveva per anche compito il terzo anno della

ſua

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

odium Chriſtianæ Fidei ſub annum 1462. fuit crudeliſſime trucidatus. Non ita poſt multos a Martyrio annos publice coli cœpit; quandoquidem ſub annum 1475. ejuſdem oſſa, ſublimi a terra loco recondita fuerunt in pariete Eccleſiæ præmemorati Vici, Deo in honorem S. Andreæ Apoſtoli dicatæ. Cum autem ſubinde una cum miraculorum fama, eo ſemper magis religioſum Populi obſequium excreverit, ac præterea Infantis Reliquiæ, ſcientibus, & probantibus Ordinariis, aſſiduis nec interruptis cultus publici actibus fuerint exceptæ; impulere hæc omnia ſuperioribus annis Venerabilem Fratrem Noſtrum Epiſcopum Brixinenſem, Dilectumque Filium Abbatem Monaſterii Viltinenſis Ordinis Præmonſtratenſis, alioſque emeritos viros Eccleſiaſticos, ut ſupplices a S. Sede expoſcerent indultum peculiaris Miſſæ, & Officii peculiares itidem Lectiones habentis, in Beati honorem, Martyrii die quarto Idus Julii, recitandi a Clero Sæculari, & utriuſque ſexus Regulari, in Civitate, univerſaque Brixinenſi Diœceſi. Huic autem petitioni quinto Kalendas Octobris anni 1751. reſcripſimus, ut primum omnium ab Ordinario conficeretur Proceſſus de martyrii, ac Miraculorum fama, deque cultu immemoriali, de quibus juridice nobis liquere optabamus, ante peculiaris Officii Miſſæque conceſſionem.

*Propoſitæ inſtantiæ pro conceſſione Officii, peculiariſque Miſſæ.*

*Reſcriptum fuit, ut ſuper fama martyrii, & Miraculorum, ac ſuper cultu immemorabili conficeretur proceſſus.*

*Quandonam hujuſmodi proceſſus non ſit neceſſario præmittendus.*

§. 2. Haud ipſis arriſit reſcriptum hoc noſtrum. Quare cum expoſitum nobis fuiſſet, ad exequenda omnia, quæ illo præcipiebantur, diuturno tempore, labore magno, nec exiguis ſumptibus opus eſſe, quandoquidem Brixinone duo Proceſſus Ordinaria auctoritate confici deberent; Noſque ipſos in Noſtro opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 5.*, plura recenſere exempla, quibus Officia & Miſſæ propriæ in alicujus Beati honorem conceſſa quandoque fuiſſe conſtabat, ex iis tantummodo, quæ de eo litteris conſignarant Auctores graves, quæque de publico ejuſdem cultu erant pervulgata, quin ullus anteceſſerit Proceſſus ab Ordinario confectus ſuper virtutum, ſeu martyrii, aut miraculorum, vel cultus antiqui, ac hominum memoriam excedentis fama; propterea quod hujuſmodi Proceſſus tunc ſolummodo ſit neceſſario præmittendus, quando præter Officii Miſſæque conceſſionem in cauſa progredi quis velit, & ad formalem uſque Canonizationem procedere; haud vero, quum peculiaris Officii Miſſæque indulto obtento, nihil de formali Canonizatione cogitatur, ſed mens eſt frui dumtaxat impetratis: Hinc igitur animum induximus viam relinquere a Nobis antea præſcriptam, & alteram inire, quam ipſi pateſecimus, pluriniſque exemplis *id præcit. cap. 5.* confirmavimus.

*Hiſtorici, qui de B. Andrea ſcripſerunt.*

§. 3. Incognitum nobis non erat hujuſce B. Andreæ nomen, neque martyrium, cum legerimus quidquid de ipſo ſcripſerunt celebres Bollandiſtæ *tom. 3. Menſis Julii ad diem* 12. Noſque ipſi de eo mentionem fecerimus in præcit. Noſtro opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 15. num. 6.* Antequam vero oblatis precibus annueremus, opus fuit, ut percurreremus hujuſce Martyris hiſtoriam manu ſcriptam, ab Hippolyto Guarinonio Germano idiomate compoſitam, latine vero redditam a P. Norberto Abbate Viltinenſi; ut inſpiceremus acta martyrii, publicique cultus monumenta multo labore ac eruditione collecta, typiſque tradita ſub annum 1745. a Patre Hadriano Kembtero; nec non diſceptationem Apologeticam de martyrio Beati Simonis Tridentini, Tridenti impreſſam anno 1747. ubi *cap. 5.* de Martyrio, Cultuque Beati Andreæ late diſſeritur; Quam quidem Diſceptationem quamvis eruditi Auctoris modeſtia

ſua età, fu nel 1462. barbaramente trucidato dagli Ebrei in odio della Fede di Criſto. Poco dopo il martirio, incominciò il culto pubblico; eſſendo ſtate nell' anno 1475. poſte le di lui Oſſa ſopra terra nel muro della Chieſa del detto luogo, dedicata a Dio in onore di S. Andrea Apoſtolo; ed eſſendo unitamente colla fama de' miracoli ſempre più creſciuta la divozione del popolo; ed in oltre eſſendoſi mai ſempre continuati verſo le di lui Reliquie gli atti non interrotti di pubblico culto, colla ſcienza, ed approvazione degli Ordinarj. Tutto ciò diede negli anni paſſati impulſo al Venerabile Fratello il Veſcovo di Breſſanone, ed al Diletto Figlio il Padre Abbate del Monaſtero Viltinenſe dell' Ordine Premonſtratenſe, e ad altri degni Eccleſiaſtici, di ſupplicare la Santa Sede per la conceſſione della Meſſa propria, e dell' Officio colle Lezioni proprie, da recitarſi in di lui onore nel giorno 12. di Luglio, giorno della morte, dal Clero Secolare, e Regolare dell' uno e l' altro ſeſſo della Città, e Dioceſi di Breſſanone: ed a queſt' iſtanza fu da Noi riſpoſto ſotto il giorno 27. di Settembre 1751. che, prima d' ogni altra coſa, ſi faceſſe dall' Ordinario il Proceſſo ſopra la fama del martirio e de' miracoli, e ſopra il culto immemorabile, dovendo queſto eſſere il preliminare alla conceſſione dell' Officio e della Meſſa propria.

*All' iſtanza per la conceſſione dell' Officio, e Meſſa propria:*

*Fu reſcritto, che ſi formaſſe Proceſſo ſopra la fama del martirio, miracoli, e ſopra il culto immemorabile.*

*Quando non ſia neceſſario premettere un tal Proceſſo.*

§. 2. Non piacque queſta riſpoſta: ed eſſendoci ſtato rappreſentato, che, per eſeguire quanto in eſſa veniva preſcritto, ſarebbe ſtato d'uopo impiegarvi molto tempo, gran fatica, e ſpeſa, dovendoſi fare in Breſſanone due Proceſſi coll' autorità Ordinaria; e che da Noi ſteſſi nella noſtra Opera *de Canonizat. Sanctor. al lib. 4. part. 2. cap. 5.* venivano riferiti varj eſempj di conceſſioni d' Officj e Meſſe proprie in onore di qualche Beato, in ſequela di quanto d' eſſo avevano ſcritto Autori gravi, in ſequela del notorio pubblico culto, ſenza che ſia preceduto verun Proceſſo fatto dall' Ordinario ſopra la fama delle virtù, o del martirio, o de' miracoli, o del culto antico ed immemorabile; richiedendoſi queſto Proceſſo, quando, oltre la conceſſione dell' Officio, e della Meſſa, ſi penſa di proſeguire la Cauſa, e portarla alla formale Canonizazione; ma non quando, ottenuto l'Officio e la Meſſa, non penſavaſi a formale Canonizazione, ma l'intenzione era di contentarſi dell' ottenuto: ci diſponemmo a laſciare la ſtrada da Noi preſcritta, ed a battere la nuova, che Noi ſteſſi avevamo aperta, e corroborata con molti e molti eſempj *nell' allegato cap. 5.*

*Iſtorici, che hanno fatto menzione del B. Andrea.*

§. 3. Non ci era ignoto il nome di queſto Beato Andrea, nè ci era ignoto il di lui martirio; avendo letto quanto ne ſcrivono i celebri Bollandiſti *nel tom. 3. del meſe di Luglio al giorno* 12. ed avendone ancor Noi fatta menzione nella citata noſtra Opera *de Canonizatione Sanctorum al lib. 3. cap. 15. num. 6.* Ma, prima d' aderire all' iſtanza propoſtaci, ci convenne il vedere la Storia manoſcritta di queſto Martire, compoſta da Ippolito Guarinonio in lingua Tedeſca, e tradotta in lingua Latina dal Padre Norberto Abbate Viltinenſe; il vedere gli Atti del Martirio, e del culto pubblico, non molta fatica ed erudizione radunati, e dati alle ſtampe l' anno 1745. dal Padre Adriano Kembter; la Diſſertazione Apologetica ſopra il martirio del Beato Simone da Trento, ſtampata in Trento l' anno 1747. ove *al cap. 5.* ſi diſcorre a lungo del martirio, e del culto del Beato Andrea, Diſſertazione, che, benche ſtampata ſenza nome per umiltà dell' erudito Autore, ſi ſa però eſſer Opera del Padre

nullo inſcriptam nomine ediderit, perſpectum tamen eſt, opus eſſe Patris Benedicti a Cavalleſio, quemadmodum teſtis locupletiſſimus eſt celebris Flaminius Cornelius Senator Venetus in ſuo opere *de cultu S. Simonis Pueri Tridentini & Martyris pag.* 4. ubi debitas præfato emerito Religioſo Viro laudes non prætermittit.

Benedetto da Cavaleſio, come atteſta il celebre Flaminio Cornaro Senator Veneto della ſua bell' Opera *de Cultu S. Simonis Pueri Tridentini & Martyris*, *alla pag.* 4., ove non laſcia di dare le dovute lodi al ſopradetto degno Religioſo.

**Alia de eo monumenta.**

§. 4. Inſuper, cum delatum fuiſſet, antiquum quemdam extare Proceſſum Ordinaria auctoritate confectum ſuper cultu hujuſce B. Andreæ, authenticum ejus exemplum tranſmitti ad nos juſſimus; utque extrajudiciales ſaltem ſuppeterent probationes continuationis ejuſdem publici cultus, miſſæ ea de re ad Nos fuerunt teſtificationes; Poſtquam autem omnia accurate perpendimus, per organum Congregationis Rituum, inſtantibus Venerabili Fratre Brixinenſi Epiſcopo, Dilectiſque Filiis Procuratore Generali Ordinis Præmonſtratenſis, & Abbate Monaſterii Viltinenſis, decimo octavo Kalendas Januarii 1753. Miſſam propriam, Officiumque cum peculiaribus Lectionibus a Clero Sæculari, & utriuſque ſexus Regulari, ſub ritu duplici in Civitate, ac per univerſam Brixinenſem Diœceſim recitandum conceſſimus; nec tamen omiſimus, Miſſam ipſam, atque proprias Lectiones examinandas curare, omniaque cum Dilecto Filio Ludovico Valenti tunc Fidei Promotore, nunc vero Aſſeſſore S. Officii communicare: ac inſuper prædmemorati Brixinenſis Epiſcopi, reliquorumque, quos mox ſupra expreſſimus, precibus annuentes, decimo octavo Kalendas Februarii Plenariam Indulgentiam conceſſimus ſingulis, qui confeſſi Sacraque Communione refecti, quarto Idus Julii cujuſque anni, Rinnenſem viſitent Eccleſiam, in qua Beati Andreæ Reliquiæ conquieſcunt.

**Quibus attentis Officium, Miſſa, & Indulgentia feſto ipſi die conceſſa fuit.**

**Altre memorie intorno al medeſimo.**

§. 4. Di più, eſſendoſi avuta notizia, che v' era un antico Proceſſo fatto coll' autorità Ordinaria ſopra il culto di queſto Beato Andrea, ne facemmo venire la copia autentica; e per avere le prove almeno eſtragiudiziali della continuazione del predetto pubblico culto, ne furono traſmeſſe le atteſtazioni. E dopo aver tutto maturamente conſiderato, pe'l canale della Congregazione de' Riti, ad iſtanza del Venerabile Fratello il Veſcovo di Breſſanone, de' Diletti Figli il Procuratore Generale dell' Ordine Præmonſtratenſe, e l' Abbate del Monaſtero Viltinenſe, facemmo ſotto il giorno 15. di Dicembre 1753. la conceſſione della Meſſa propria, e dell' Officio colle Lezioni proprie, da recitarſi dal Clero Secolare, e Regolare dell' uno e l' altro ſeſſo della Città e Dioceſi di Breſſanone ſotto rito doppio; non avendo mancato di far prima eſaminare la Meſſa propria, e le Lezioni proprie, e di conferir tutto col Diletto Figlio Lodovico Valenti allora Promotore della Fede, ed oggi Aſſeſſore del S. Officio. E ad iſtanza pure del ſopraddetto Veſcovo di Breſſanone, e degli altri ſopradetti, nel giorno 14. di Gennajo 1754. concedemmo l' Indulgenza plenaria a chi confeſſato e comunicato aveſſe divotamente nel giorno 12. di Luglio di ciaſchedun anno viſitata la Chieſa Rinnenſe, in cui ſono le Reliquie del Beato Andrea.

**Sopra le quali ſi fonda la conceſſione dell' Officio, Meſſa, ed Indulgenza.**

**Simile aliud Indultū Sixti V.**

§. 5. Hæc omnia peregimus, propoſito Nobis Sixti V. Prædeceſſori Noſtris exemplo. Sub annum 1475. fuit ab Hebræis in odium Fidei Chriſti ſæviſſime occiſus Beatus Simon Tridentinus Puer, qui nondum impleverat tertium ætatis ſuæ annum. Ex inhumano hoc ſcelere tot tantæque turbæ derivarunt, totque ac tantis artibus uſi ſunt Judæi, ad promeritas pœnas declinandas, avertendumque a ſe juſtum Chriſtifidelium odium, ut Sixtus IV. refugere haud potuerit, quin ea in re ipſe intercederet, prohibendo, ne qui antea publicus cultus Beato Simoni præſtabatur, eidem amplius exhiberetur, quouſque perſpicuum evaſiſſet, eumdem in odium Chriſtianæ Fidei fuiſſe a Judæis trucidatum. Sixti IV. Breve relatum a nobis fuit in Noſtro opere *de Canonizatione Sanctorum lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 4. Cum vero ſubinde palam omnia facta fuiſſent, allatiſque probationibus, demonſtrata, unà cum nece, ejuſdem inferendæ cauſa, atque conſtitiſſet etiam interfectores Hebræos fuiſſe, veluti evincitur ex Proceſſu, qui vel nunc temporis in ſecretiori Archivo Caſtri S. Angeli aſſervatur, quemadmodum monuimus in Noſtro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib.* 3. *cap.* 15. *num* 6. a Sixto V. Pontifice anno 1588. datum fuit Breve conceſſionis Miſſæ celebrandæ, ac Officii proprii in Civitate univerſaque Diœceſi Tridentina, in honorem Beati Simonis, definita die recitandi, ſuperaddita Indulgentia Plenaria omnibus, qui Confeſſionis, ac Communionis Sacramentis muniti, die eidem ſacra viſitaſſent Eccleſiam, in qua ejuſdem Reliquiæ coluntur. Breve Sixti V. inſertum eſt præcitatæ Diſceptationi Apologeticæ ſuper Martyrio Beati Simonis, Tridentinis prælis cuſæ anno 1747. *pag.* 207. ubi eruditus Auctor refutare non negligit quæcunque Wagenſeilius, & Baſnagius in Pueri innoxii martyrium objecerant: idque ipſum, vi & eruditione haud impari, præſtatur a Flaminio Cornelio Senatore

**Altro ſimile Indulto di Siſto V.**

§. 5. Avendo avuto avanti gli occhj l' eſempio del noſtro Predeceſſore Siſto V. Fu nell' anno 1475. barbaramente trucidato dagli Ebrei in odio della Fede di Criſto il Beato Simone fanciullo di Trento, che non avea compito il terzo anno della ſua età. Da queſto barbaro fatto derivarono tanti e così gravi diſordini, e furono tali e tanti gli artificj uſati dagli Ebrei per ſottrarſi dalle dovute pene, e liberarſi dal dal giuſto odio conceputo contra di loro dai Criſtiani, che il Pontefice Siſto IV. non potè eſentarſi dal mettervi le mani, proibendo il culto pubblico, che eſibivaſi al Beato Simone, ſintantochè ſi foſſe poſto in chiaro, ch' eſſo era ſtato trucidato dagli Ebrei per odio della Fede di Criſto. Il Breve di Siſto IV. è da Noi riferito nella noſtra Opera *de Canonizatione Sanctorum al lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 4. Ed eſſendoſi dipoi poſto il tutto in chiaro, ed eſſendoſi colle prove alla mano fatta vedere, unitamente colla morte, la cauſa della morte, che gli ucciſori erano ſtati gli Ebrei, come riſulta dal Proceſſo, che ancor oggi ſi conſerva nell' Archivio Segreto di Caſtel S. Angelo, come abbiamo accennato nella noſtra Opera *de Canonizatione al lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 6. fu dal Pontefice Siſto V. l' anno 1588. ſpedito un Breve di conceſſione dell'Officio e Meſſa propria da poterſi recitare e celebrare nella Città e Dioceſi di Trento nel tal giorno determinato in onore del Beato Simone, coll' aggiunta dell' Indulgenza plenaria a quelli, che confeſſati e comunicati aveſſero nel giorno della di lui Feſta viſitata la Chieſa, in cui ſi ritrovano le ſue Reliquie. Il Breve del Pontefice Siſto V. è ſtampato nella ſopraccitata Diſſertazione Apologetica ſopra il martirio del Beato Simone, della ſtampa di Trento del 1747. *alla pag.* 207., ove non laſcia l' erudito Autore di refutare le obbiezioni fatte dal Wagenſeilio, e dal Baſnagio contra il martirio dell' innocente Fanciullo: il che pure con uguale energia ed erudizione ſi adempie da Flaminio Cornaro Veneto

Veneto in ſuo opere *de Cultu S. Simonis Pueri Tridentini* Venetiis recuſo ſub annum 1743. Inter ea vero, quæ vel ipſi pro B. Andreæ Cultu indulſimus, vel Prædeceſſores Noſtri pro Cultu B. Simonis decreverunt, hoc unum diſcrimen eſt, quod nimirum juſſu Gregorii XIII. Pontificis, Beati Simonis nomen in Martyrologium Romanum fuit illatum, uti prænotavimus in *Noſtro lib. 1. de Canonizatione cap. 14. num. 4.* At id Nos præſtare noluimus quoad Beatum Andream, ad ſarta tecta ſervanda poſteriora Decreta, ut in Martyrologium Romanum Canonizatorum nomina ſolummodo inferantur, omiſſis nominibus eorum, qui Beatorum numero adſcripti ſunt, vel ſolemni, vel æquipollenti Beatificatione: uti videre eſt *Noſtro lib. 4. de Canonizatione part. 2. cap. 18. num. 9. & ſeq.*

Diſcrimen inter utrumque, & diſcriminis cauſa.

§. 6. Si religioſis Viris ſatis fuiſſet, quemadmodum affirmaverant, Officium Miſſamque propriam obtinuiſſe, & ſubinde ulterius progreſſi, Cauſam ipſam ad formalem Canonizationem inſtruere non attentaſſent, Nos quidem Epiſtolam hanc dictandi, te vero perlegendi ac expendendi labore levaviſſemus; at cum formalem Canonizationem nunc ſibi animo propoſuerint, obtinuerintque ut Potentiſſimi Catholicorum Principum in id ipſum vehementer inſtarent; opus nobis eſſe conſpeximus, ut omnia rite recteque ſe habeant, hac Epiſtola ſententiam Noſtram de nupera petitione aperire.

Nova pro Canonizatione inſtantia, unde conſcribendæ Epiſtolæ occaſio.

§. 7. Haud ſane conquerimur eos, poſtquam expreſſa ſuperius ratione, Miſſæ propriæ propriique Officii conceſſionem a nobis ſunt aſſecuti, declarato eorum animo ulterius minime progrediendi, mutaſſe exinde ſententiam; nova enim hæc molimina libenter damus iteratis Religioſæ devotionis impulſibus. Certi præterea ſumus, quoties ipſi ad formalem Canonizationem properare velint, te, pro ea, qua uti conſueviſti diligentia, non neglecturum, Commiſſionem relaxare, quæ dicitur, *in ſtatu & terminis*, de qua verba fecimus in noſtro Opere de Canonizatione *lib. 2. cap. 38. num. 13.* legitimam quoque expoſcere probationem, qua caſum hunc Urbani VIII. decretis non eſſe comprehenſum demonſtretur, quod cæteroquin facilè admodum præſtabunt Poſtulatores, authenticum noſtrum Miſſæ atque Officii indultum proferentes, veluti nos quoque innuimus præcitato Opere *lib. 2. cap. 21. num. 3.* Nec te pariter prætermiſſurum ſcimus, tum exigere, ut novo confecto Proceſſu Apoſtolico, una cum martyrio, ipſa probetur cauſa martyrii Beati Andreæ; cum ad ſolemnem Canonizationem haud ſatis habeantur, quæcunque & facta, & oculis ſubjecta fuerunt ad Officii Miſſæque conceſſionem; veluti ipſi plene demonſtravimus in Noſtro *lib. 1. de Canonizatione cap. 32. a num. 6. ad 17., & cap. 42. num. 9.* Tum ad ſeveræ critices regulas expendere, an Hiſtorici martyrium referentes neceſſariis polleant conditionibus, ad probationem conſtituendam, in judicio ſolemnis Canonizationis quibus de conditionibus Nos late egimus *Noſtro lib. 3. de Canonizatione cap. 8. & duobus ſequentibus*, cum major etiam quoad Hiſtoricos adhibeatur facilitas, quoties res eſt de ſimplici conceſſione publici cultus, peculiaris alicujus Diœceſis finibus circumſcripti, quam cum agitur de publico cultu præceptiva lege decreto, atque in univerſam Eccleſiam ampliato, quemadmodum vel ipſi adnotavimus *lib. 4. part. 2. cap. 10. num. 26.* Ac denique expetere, præter martyrium, ejuſque cauſam, ſignorum præterea ac miraculorum acceſſionem, quæ poſt Indultum publici cultus contigerint, quod perinde eſt ac dicere, poſt datum a Nobis Breve conceſſionis Officii ac Miſſæ. Neque hic ſuf-

Quænam ſint ad formalem Canonizationem præmittenda.

Senatore nella ſua Opera *de cultu S. Simonis Pueri Tridentini*, riſtampata in Venezia l'anno 1743. E fra le conceſſioni da Noi fatte pe'l culto del Beato Andrea, e le conceſſioni fatte da' noſtri Predeceſſori pe'l culto del Beato Simone, non v'è altra differenza, ſe non che per ordine del Pontefice Gregorio XIII. fu poſto il nome del Beato Simone nel Martirologio Romano, come da Noi è ſtato anche riferito *nel noſtro lib. 1. de Canonizatione cap. 14. num. 4.* ma ciò da Noi non è ſtato fatto in ordine al Beato Andrea, per mantenere i poſteriori decreti, di non inſerire nel Martirologio Romano, che i nomi de' Canonizati, eſcludendo i nomi de' Beatificati o con Beatificazione formale, o con Beatificazione equipollente, come può vederſi *nel noſtro lib. 4. de Canonizatione part. 2. cap. 18. num. 9. e ſeg.*

Differenze fra l'uno, e l'altro, e ſua ragione.

§. 6. Se i divoti ſi foſſero contentati, come avevano detto, della conceſſione dell'Officio e della Meſſa propria, e non ſi foſſero dipoi avanzati a paſſi ulteriori, e ad incamminare la Cauſa alla formale Canonizazione, avreſſimo riſparmiata a Noi la fatica di dettar queſta Lettera, ed a lei il tedio di leggerla e di conſiderarla; ma avendo indirizzati i loro nuovi penſieri alla formale Canonizatione, ed avendo impetrate da' maggiori Principi del Criſtianeſimo premuroſe iſtanze pe'l loro intento; ci ſiamo ritrovati nella neceſſità, acciò il tutto vada a dovere, d'eſprimere in queſta Lettera i noſtri ſentimenti ſopra la nuova iſtanza.

Nuova iſtanza per la Canonizazione, che da motivo a ſcrivere.

§. 7. Noi non facciamo veruna querela, che, dopo aver ottenuto da Noi, nella maniera di ſopra riferita, la conceſſione dell'Officio e della Meſſa propria, coll'aver eſpreſſa la loro idea di non paſſare più oltre, ſi ſiano poi mutati d'opinione; riferendo Noi ben volentieri queſto paſſo a nuovo impulſo di divozione. Siamo inoltre perſuaſi, che, volendo eſſi proſeguire alla formale Canonizazione, ella colla ſua ſolita diligenza non laſcerà di fare ſpedire la Commiſſione, che ſi dice *in ſtatu & terminis*, della quale ſi è da Noi parlato nella Noſtra Opera *de Canonizatione al lib. 2. cap. 38. num. 13.* non laſcierà di far provare il caſo eccettuato dai Decreti d'Urbano VIII., il che per altro ſi farà dai Poſtulatori con molta facilità, eſibendo in forma autentica la Noſtra conceſſione dell' Officio e della Meſſa, come pure da Noi ſteſſi è ſtato accennato nella citata Noſtra Opera *al lib. 2. cap. 21. num. 3.*, non laſcerà di eſiggere, che con nuovo Apoſtolico Proceſſo ſi provino il martirio e la cauſa del martirio del Beato Andrea; non baſtando per la formale Canonizazione quanto ſi è fatto e ſi è veduto per la conceſſione dell' Officio e della Meſſa, come da Noi ſteſſi è ſtato pienamente dimoſtrato *nel noſtro lib. 1. de Canonizatione cap. 32. dal num. 6. ſino al 17. ed al cap. 42. num. 9.* Non laſcerà di eſaminare con ſevera critica, ſe gli Storici, che raccontano il martirio, abbiano i requiſiti neceſſarj per far prova nel giudizio della formale Canonizazione, de' quali requiſiti ſi è da Noi diffuſamente trattato *nel noſtro lib. 3. de Canonizatione al cap. 8. e due ſeguenti*, procedendoſi con maggiore facilità, anche nella materia degli Storici, quando ſi tratta della pura permiſſione del culto pubblico riſtretto ad una Dioceſi particolare, di quando ſi diſcorre del culto pubblico precettato, ed eſteſo alla Chieſa univerſale, come anche da Noi fu avvertito *nel lib. 4. part. 2. cap. 10. num. 26.* Non laſcerà finalmente d'eſigere, oltre il martirio, e la cauſa del martirio, ancora l'intervento de' ſegni, e de' miracoli ſeguiti dopo la conceſſione del pubblico culto, che è lo ſteſſo che dire, dopo il noſtro Breve dell'Officio e della Meſſa. Non baſtando due ſegni, o due miracoli; ma dovendo eſſere quattro: imperoc-

Condizioni da premetterſi per la Canonizazione formale.

ſufficient duo ſigna, vel miracula, ſed quatuor afferantur neceſſe eſt; cauſa namque Beati Andreæ, quoad martyrium, & martyrii cauſam, fulciri non poteſt probationibus directis, Teſtibus nempe *de viſu*, ſed auxiliaribus veluti ac ſubſidiariis, Teſtibus nimirum *de auditu*; qua quidem in facti ſpecie, duo ſigna, vel miracula ſatis non ſunt, ſed quatuor deſiderantur, juxta Generale Decretum a Nobis editum nono Kalendas Maii 1741., impreſſumque in Noſtro Opere *de Canonizatione lib. 3. cap. 3. num. 25.*, quod nunc temporis accuratiſſimam executionem in Congregatione Rituum conſequitur.

chè la cauſa del Beato Andrea non può appoggiarſi, quanto al martirio, e cauſa del martirio, a prove dirette, cioè a' Teſtimonj *de viſu*, ma a prove ſuſſidiarie, cioè a'Teſtimonj *de auditu*: nel quale ſtato di coſe non baſtano due ſegni, o due miracoli; ma debbono eſſere quattro, a tenore del noſtro Decreto Generale dei 23. d'Aprile 1741. ſtampato nella noſtra Opera *de Canonizatione al lib. 3. cap. 3. num. 25.* che con ogni maggior eſattezza viene oggidì eſeguito nella Congregazione de' Riti.

Quia autem cauſa hæc novum infert Canonizationis exemplum.

§. 8. Certum Nobis eſt, te nihil eorum, quæ hactenus recenſuimus, pro perſpecta Nobis cura, ac ſedulitate tua reliqui facturum. Quod Nos habet ſolicitos illud eſt, cauſam Beati Andreæ Pueri, ab Hebræis occiſi in odium Fidei, primam eſſe, quæ, poſt cauſas Canonizationis S. Sedi reſervatas, inſtrui velit, haud quidem ad obtinendum, vel Indultum permiſſivum publici cultus una aliqua Diœceſi circumſcripti, vel formalem, aut æquipollentem Beatificationem, ſed ad impetrandum publicum cultum, & quidem præceptum, atque in univerſam Eccleſiam per expreſſam formalem Canonizationem ampliatum. Nos hac de re diſſeruimus *in Noſtro lib. 1. cap. 14. n. 5. & lib. 3. cap. 15. n. 6.*, monuimuſque, quoties caſus iſte obveniſſet, cauto opus eſſe; cum res nova agatur, nec unquam in praxim deducta a S. Sede, ex quo eadem ſibi Canonizationis cauſas reſervavit, quemadmodum prædiximus. Eſtque hoc plane illud, quod Nos impulit, ut haſce ad Te daremus Litteras; congruere enim Nobis viſum eſt, ut primum omnium in Rituum Congregatione diſquiratur, an promoveri debeat Beati Andreæ cauſa, quam Poſtulatores ad formalem uſque Canonizationem perducere decreverunt; namque æquum non eſt, ut cauſa inſtitui permittatur, efformari Proceſſus ſuper martyrio, & martyrii cauſa, ac ſuper ſignis atque miraculis, & fortaſſe etiam probentur hæc omnia, poſtremo autem reſpondeatur, formali Canonizationi non eſſe locum, ex quo nullum extet ſimilis Canonizationis exemplum, Canonizationis nimirum Pueri in Fidei odium enecati. Audita autem Congregationis ſententia, antequam reddamus quæſito Decretum, non ceſſabimus ſupplices Deum exorare, ut Divino Nos lumine dirigere non dedignetur.

Ideo primum expendi jubetur, an admitti debeat.

Ma perchè induce tal cauſa qualche ſorta di novità.

§. 8. Siamo ſicuri, che colla ſua da Noi ben conoſciuta attenzione e diligenza nulla da lei ſi tralaſcerà di quanto poc' anzi abbiamo detto. Ciò, che a Noi reca ſollecitudine, ſi è, che la cauſa del Beato Andrea fanciullo, ucciſo dagli Ebrei per odio della Fede, è la prima, che, dopo la riſerva delle cauſe di Canonizazione alla Santa Sede, ſi pretende d'introdurre, non già per ottenere la permiſſione del pubblico Culto riſtretto ad una Dioceſi, o la Beatificazione formale, o equipollente, ma per ottenere un pubblico culto precettato, ed eſteſo alla Chieſa univerſale, mediante un' eſpreſſa formale Canonizazione. Noi di ciò abbiamo trattato *nel noſtro lib. 1. cap. 14. num. 5. e nel lib. 3. cap. 15. num. 6.*, ed abbiamo avvertito, che, ſuccedendo il caſo, era neceſſario aprire gli occhi; trattandoſi di coſa nuova, nè mai praticata dalla Santa Sede dopo la riſerva ad eſſa fatta delle cauſe di Canonizazione, come di ſopra ſi è detto. E queſto per appunto è quello, che ci ha moſſo a ſcrivere a lei la preſente Lettera; ſembrandoci conveniente, che, prima d'ogni altra coſa, ſi eſamini nella Congregazione de' Riti il punto, ſe debba darſi corſo alla cauſa del Beato Andrea, che i Poſtulatori pretendono di portare alla formale Canonizazione: non eſſendo del dovere, che ſi laſci introdurre la cauſa, ſi laſcino formare i Proceſſi ſopra il martirio, e cauſa del martirio, e ſopra i ſegni e miracoli, e forſe anche ſi approvi tutto; ed in ultimo ſi riſponda, non eſſer luogo alla formale Canonizazione, non eſſendovi eſempio di ſimile Canonizazione, cioè della Canonizazione d'un Fanciullo ucciſo per odio della Fede. Ed inteſo il parere della Congregazione, non laſceremo di raccomandarci a Dio per eſſere illuminati, prima di fare il Decreto ſopra il queſito.

Perciò ſi ordina, che in primo luogo ſi eſamini, ſe ſia bene dargli corſo.

Judicandi momenta.

§. 9. Interea vero, ut facilior evadat diſquiſitio, opportunum exiſtimamus hiſce Litteris ſummatim retexere, quidquid docuere Theologi de Pueris, in odium Chriſti occiſis, & ex Sacris Eccleſiæ monumentis colligere, quæ de ipſis Pueris, delatoque iiſdem cultu, memoriæ prodita adinveniuntur. Videntur enim Nobis hæc omnia plurimum poſſe conferre ad abſolutiſſimam definitionem inſtantiæ propoſitæ a Poſtulatoribus Beati Pueri Andreæ Rinnenſis, qui, ab impetrato cultu peculiaris Miſſæ & Officii, ad certum quemdam locum, ut prænotavimus, circumſcripti, id quod nihil aliud eſt quàm æquipollens Beatificatio, ulterius progredi vellent, & formalem obtinere Canonizationem.

Motivi per formarne un fondato giudizio.

§. 9. Ed intanto per rendere più agevole l'eſame, crediamo opportuno il riaſſumere brevemente in queſta Lettera quanto inſegnano i Teologi in ordine ai Fanciulli, a' quali in odio di Criſto è levata la vita, e raccorre dai ſacri monumenti dalla Chieſa le memorie, che riſguardano i predetti Fanciulli, ed il culto conceſſo ad eſſi; parendoci, che tutto ciò poſſa influire per un' adeguata riſoluzione ſopra l'iſtanza propoſta dai Poſtulatori del Beato Fanciullo Andrea Rinnenſe, che dal culto dell'Officio e della Meſſa, accordato, como ſi è veduto, per un luogo determinato, e che non è, che una equipollente Beatificazione, vorrebbero paſſare più avanti, ed impetrare una formale Canonizazione.

Omnes pueri, in odium Chriſti occiſi, ſunt Martyres.

§. 10. Hanc itaque ſectantes methodum, aſſeremus, ex quo Eccleſia tanquam Martyres colat Bethleemiticos Infantes, Theologis juſtam fuiſſe cauſam propugnandi, Martyres quoque eſſe cæteros omnes Pueros, quibus in odium Chriſtianæ Fidei vita fuit adempta. Collectæ a Nobis fuerunt auctoritates in Noſtro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 1. cap. 14. num. 3. & ſeq.* Neque enim ulla firma ratione defendi poteſt, quod affirmant nonnulli, Martyres nimirum fuiſſe Bethleemiticos Infantes, peculiari quodam privilegio divinitus ipſis dato, quo ipſorum

Tutti i fanciulli, ucciſi in odio di Criſto, ſono Martirj.

§. 10. Camminando con queſto metodo, diremo, che venerando la Chieſa come martiri gl'Infanti di Betlemme, ciò ha dato un giuſto fondamento ai Teologi di ſoſtenere, che Martiri ſono ancora tutti quegli altri Fanciulli, a'quali è data la morte in odio della Fede di Criſto. Da Noi ſono ſtate radunate le autorità nella noſtra Opera *de Canonizatione Sanctorum al lib. 1. cap. 14. num. 3. e ſeg.*, non eſſendovi fondamento per ſoſtenere ciò, che da alcuni ſi dice, eſſere ſtati Martiri gl'Infanti di Betlemme per uno ſpeciale privilegio dato loro da Dio, che accelerò

Probatur ratione Theologica, & Theologorū auctoritatibus.

ætatem rationis uſus antevertit, ut mortem perpeſſi, martyrii palmam aſſequerentur: etenim tam quoad Bethleemiticos Infantes, quam quoad ceteros omnes in odium Fidei Chriſti necatos, obtinet Theologica ratio, martyrium ſcilicet intelligi per mortem in Chriſtianæ Fidei odium perlatam, Infanteſque, qui hujuſmodi morte tolluntur, martyrii gloriam aſſequi ex Jeſu Chriſti meritis, quamvis libero arbitrii actu illud non oppetierint. Auctoritatibus autem ibi per Nos allatis ſuperaddemus ſequentes. Sylvium nempe *in 2. 2. D. Thomæ quæſt. 124. art. 1. Sunt qui dicant acceleratum fuiſſe in iſtis Innocentibus*, de Bethleemiticis loquitur, *uſum rationis: ſed hoc nulla vel Scripturæ, vel Patrum auctoritate probatur &c. Non eſt ergo mirandum, quod Beatus Thomas nolit admittere accelerationem uſus rationis in parvulis Innocentibus pro Chriſto occiſis, quos tamen recte dicit habere palmam martyrii: quia. quod in aliis propria voluntas, Dei auxilio adjuta, meretur, iſti propter Chriſtum occiſi, ſunt per Dei gratiam conſecuti &c. Si quis ergo quærat, utrum pueri non baptizati, eſſent martyres, ſi modo interficerentur propter Chriſtum, vel in odium Chriſtianæ Religionis, reſpondendum eſt affirmative.* Satis ponderis & momenti ineſt quoque verbis Suareſii *in 3. part. D. Thomæ tom. 3. diſcept. 29. ſect. 1.* ubi poſtquam evicerat, Pueros Bethleem fuiſſe vere martyres, ita ſubdit: *Ex hoc autem ſingulari facto recte colligimus, nullum infantem, ratione infantiæ s eſſe martyrii incapacem; ſed omnes eos, qui eodem modo pro Chriſto mortem ſuſtinuerint, vere eſſe martyres: nam eadem eſt ratio & cauſa in cæteris infantibus, quæ fuit in illis Innocentibus; quia vel in illo facto interceſſit ſpeciale privilegium, factum illis pueris, vel non: ſi non interceſſit; ergo non eſt, cur alii cenſeantur magis incapaces martyrii, quàm illi, cum omnes æque careant uſu rationis: ſi vero interceſſit privilegium, hoc certe non eſt factum perſonis, ſed cauſæ. Quid enim in illis Pueris cogitari poteſt pertinens ad perſonalem dignitatem, vel conditionem eorum, propter quod hujuſmodi privilegium illis conceſſum ſit? Nihil ſane. Tota ergo ratio illius privilegii fuit cauſa mortis, nimirum quod propter Chriſtum occiſi ſunt &c. Quin etiam Eccleſia eodem modo inter martyres numerat quoslibet pueros, vel infantes, qui in lege Gratiæ pro Chriſtiana Religione mortui ſunt, ut conſtat ex omnibus hiſtoriis Eccleſiaſticis, & ex modo loquendi Sanctorum &c. Neque enim gratia Chriſti minus liberaliter nunc, quàm eo tempore, communicatur, neque horum mors minus eſt propter Chriſtum, quàm illorum; immo quodammodo videtur expreſſius, ac formalius eſſe propter Chriſtum; nam, licet omnes interfecti ſint in odium Chriſti, tamen illi priores Innocentes ſolum mortui ſunt inter quærendum Chriſtum; hi vero interficiuntnr propter Fidem Chriſti, & ad deſtruendam & evertendam Religionem ejus: Eſt ergo par omnium ratio,* Ejuſdemque ſententiæ ſunt quoque Eſtius *in 4. ſent. diſt. 4. §. 21. verſ. Præterea non leve*, Cardinalis Lauræa *in 3. lib. ſent. part. 2. diſput. 20. de martyrio art. 4. num. 34.* nec non bon. mem. Card. Gotti *tom. 2. in 3. part. tract. de Baptiſmo quæſt. 2. dub. 2. §. 2. & tom. 4. part. 1. de Veritate Religionis cap. 14. §. 3. num. 15.*

Inde Eccleſiaſticis monumentis: & primo, quod Puerorū nomina ſint in Martyrologium Romanum illata.

§. 11. Proximum eſt, ut ea colligantur, quæ ſacris Eccleſiæ monumentis conſignata reperiuntur. Percurrentes Martyrologium Romanum, reperimus quinto Idus Januarii habitam mentionem, Antiochiæ Celſi cujuſdam pueri, qui una cum Marcionilla Matre, aliiſque Fratribus in odium Fidei Chriſti fuit occiſus; pridie Idus Februarii, Alexandriæ Modeſtii, & Ammonii Infantium; XVI. Kalendas Julii, Tharſi in Cilicia SS. Martyrum Julittæ matris, & Quirici filii tertium ætatis ſuæ annum agentis; Idibus

Si prova con la ragione Teologica, ed autorità de' Teologi.

in eſſi l'uſo della ragione, acciò, morendo, conſeguiſſero la palma del martirio; avendo tanto negl' Infanti di Betlemme, quanto in tutti gli altri, che muojono ammazzati in odio della Fede di Criſto, luogo la ragione Theologica, che il martirio conſiſte nella morte patita per la Fede di Criſto, e che dagl' Infanti, che così muojono, ſi acquiſta la gloria del martirio pe'l mérito di Gesù Criſto, ancorche con un atto libero di volontà non l'abbiano accettato. Ed alle autorità ivi da Noi allegate aggiungeremo le ſeguenti; cioè il Silvio *in 2. 2. Divi Thomæ quæſt. 124. art. 1. Sunt qui dicant, acceleratum fuiſſe in iſtis Innocentibus*, parla di quei di Betlemme, *uſum rationis: ſed hoc nulla vel Scripturæ, vel Patrum auctoritate probatur &c. Non eſt ergo mirandum, quod Beatus Thomas nolit admittere accelerationem uſus rationis in parvulis Innocentibus pro Chriſto occiſis, quos tamen recte dicit habere palmam Martyrii: quia, quod in aliis propria voluntas, Dei auxilio adjuta, meretur, iſti propter Chriſtum occiſi, ſunt per Dei gratiam conſecuti &c, Si quis ergo quærat, utrum pueri non baptizati, eſſent Martyres, ſi modo interficerentur propter Chriſtum, vel in odium Chriſtianæ Religionis, reſpondendum eſt affirmative.* Peſanti e gravi ſono pure le parole del Suarez *in 3. part. D. Thomæ tom. 3. diſput. 29. ſect. 1.* ove, dopo aver provato, che gl' Infanti di Betlemme furono veri Martiri, così ſoggiugne: *Ex hoc autem ſingulari facto recte colligimus, nullum infantem, ratione infantiæ, eſſe martyrii incapacem; ſed omnes omnes, qui eodem modo pro Chriſto mortem ſuſtinuerint, vere eſſe Martyres; nam eadem eſt ratio & cauſa in cæteris infantibus, quæ fuit in illis Innocentibus; quia vel in illo facto interceſſit ſpeciale privilegium, factum illis pueris, vel non: ſi non interceſſit; ergo non eſt, cur alii cenſeantur magis incapaces martyrii, quàm illi, cum omnes æque careant uſu rationis; ſi vero interceſſit privilegium, hoc certe non eſt factum perſonis, ſed cauſæ. Quid enim in illis Pueris cogitari poteſt pertinens ad perſonalem dignitatem, vel conditionem eorum, propter quod hujuſmodi privilegium illis conceſſum ſit? Nihil ſane. Tota ergo ratio illius privilegii fuit cauſa mortis, nimirum quod propter Chriſtum occiſi ſunt &c. Quin etiam Eccleſia eodem modo inter Martyres numerat quoslibet pueros, vel infantes, qui in lege Gratiæ pro Chriſtiana Religione mortui ſunt, ut conſtat ex omnibus hiſtoriis Eccleſiaſticis, & ex modo loquendi Sanctorum &c. Neque enim gratia Chriſti minus liberaliter nunc, quàm eo tempore, communicatur, neque horum mors minus eſt propter Chriſtum, quàm illorum; immo quodammodo videtur expreſſius ac formalius eſſe propter Chriſtum: nam, licet omnes interfecti ſint in odium Chriſti, tamen illi priores Innocentes, ſolum mortui ſunt inter quærendum Chriſtum; hi vero interficiuntur propter Fidem Chriſti, & ad deſtruendam & evertendam Religionem ejus. Eſt ergo par omnium ratio.* E dello ſteſſo ſentimento ſono pure l'Eſtio *in 4. ſent. diſt. 4. §. 21. verſ. Præterea non leve*, il Cardinale di Lauria *in 3. lib. ſent. part. 2. diſput. 20. de Martyrio art. 4. num. 34.* ed anche la buona memoria del Cardinale Gotti *tom. 2. in 3. part. tract. de Baptiſmo quæſt. 2. dub. 2. §. 2.* e *nel tom. 4. part. 1. de Veritate Religionis al cap. 14. §. 3. num. 15.*

Indi dai monumenti della Chieſe; e in primo luogo dall' inſerzione de' loro nomi nel Martirologio Romano.

§. 11. Subentra l'adunanza de' monumenti della Chieſa. Scorrendo il Martirologio Romano, ritroviamo *ai 9. di Gennajo* fatta menzione, in Antiochia d'un certo Celſo fanciullo, che colla madre Marcionilla, ed altri Fratelli, fu ucciſo in odio della Fede di Criſto; *ai 12. di Febrajo* in Aleſſandria di Modeſtio, ed Ammonio infanti; *ai 16. di Giugno*, in Tarſo nella Cilicia de' SS. Martiri Quirico, e Giulitta madre, eſſendo il figlio nell'età d' anni tre; *ai 15. di Luglio*, in Aleſſandria di dieci Infanti; *ai 28. dello ſteſſo meſe*, in

Julii Alexandriæ decem Infantium; quinto Kalendas eodem menſe, Mediolani SS. Nazarii, & Celſi pueruli; decimo ſexto Kalendas Septembris, Cartagine in Africa Maximi pueri; duodecimo Kalendas Septembr., in Sardinia Ciſellii, & Camerini puerorum; decimo nono Kalendas Octobris, Romæ Creſcentii pueri; decimo quinto Kalendas ejuſdem menſis Auguſtoduni S. Flocelli infantis; Idibus Novembris Paulilli pueri, qui, in Vandalica Genſerici perſecutione per Africam, martyrium pertulit; decimo quinto Kalendas eodem menſe, Antiochiæ Barulæ infantis; octavo Idus Decembris in Africa Sancti Majorici adoleſcentuli. De hoc Majorico loquitur quoque Victor Vitenſis *lib. 5. de Perſecutione Vandalica, tom. 8. Bibliothecæ Patrum*, ubi etiam *pag.* 681. meminit de aliis pueris, qui in prædicta Vandalica perſecutione forti animo martyrium ſubierunt. *Ibi & Infantuli fuere quamplurimi, quos genitrices materno ſequebantur affectu, aliæ gaudentes, aliæ triſtes, aliæ retrahentes: aliæ gaudebant, ſe Martyres peperiſſe; aliæ moliendo, diluvio rebaptizationis nitebantur a confeſſione Fidei revocare. Nullum tamen tunc nec blandimenta vicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinavit ad terram.*

Secundo, quod eorum Reliquiæ cum ſignis martyrii fuerint repertæ.

§. 12. Pueros, quorum nomina, uti prænotavimus, in Martyrologium Romanum ſunt relata, quique inter Martyres recenſentur, ſequuntur cæteri, quorum Reliquiæ martyrii nota ſignatæ, ſeu, quod perindè eſt, cum ampulla ſanguinis, in veteribus Chriſtianorum Cœmeteriis fuerunt repertæ, una cum proprio cujuſque nomine, ac indicatione annorum, quibus Sancti illi Pueruli pro Chriſto occiſi ſunt. Ad id ipſum evincendum, ſatis eſt, ut præ manibus habeatur opus accuratiſſimum bonæ memoriæ Canonici Marci Antonii Boldetti *de Cœmeteriis Sanctorum Martyrum, & veterum Chriſtianorum, ubi pag.* 344. affertur inſcriptio ſepulcralis lapidis S. Dorotei martyris ſexto infantiæ menſe ſublati; *pag.* 363. ſimilis inſcriptio S. Anaſtaſii, *pag.* 365. alia S. Serenillæ, quorum uterque fuit primo ineuntis ætatis anno interfectus; eadem itidem *pag.* 365. Epitaphium exſcribitur S. Bonifaciæ trimæ; *pag.* 432. alterum S. Aurelii quadrimi; nec non alia tria de tribus Infantibus quinquennibus, Decentio nimirum *pag.* 345. Tiberia *pag.* 363. Candida *pag.* 366. Demum ſimilia monumenta profert de duobus, qui ſextum non exceſſerant ætatis annum, alterum nimirum de S. Doroteo *pag.* 372., alterum de S. Diogenia *pag.* 381. Idemque Canonicus Boldetti *lib.* 1. *cap.* 48. 261. poſtquam ſcite prænotaverat, non ſolum Bethleemiticos Innocentes, ſed & cæteros quoque, qui ſucceſſivo tempore pro Chriſti Fide mortem perpeſſi ſunt, ut ut Infantes, dignos eſſe, quibus Martyrum cultus exhibeatur, ſubdit, ſævientibus perſecutionibus, ubique terrarum, præſertim vero Romæ, Idolorum Cultores, ipſos quoque pueros in odium Fidei Chriſti, interemiſſe: *In pueris quoque virtus major ætate annos ſuos confeſſionis laude tranſcendit, ut Martyrii veſtri beatum Gregem, & ſexus, & ætas omnis ornaret*: ſunt S. Cypriani verba in *Epiſtola 77. ad Nemeſianum* Balutianæ editionis. Loquens autem de Chriſtifidelibus Romæ degentibus, inquit Minutius Felix *in Octavio, tom. 3. Bibliothecæ Patrum: Pueri, & Mulierculæ noſtræ cruces, tormenta, feras, & omnes ſuppliciorum terriculas, inſpirata patientia doloris illudunt.*

Tertio, ex Annalibus, aliiſque Eccleſiæ monumentis.

§. 13. His conſoni ſunt Eccleſiæ Annales, aliaque Eccleſiaſtica monumenta: Sub Decio, aut Valeriano, celebre fuit martyrium S. Cyrilli primioris ætatis, *Pueri*, cujus acta referuntur a Bollandiſtis *tom. 7. Maji ad diem vigeſimam nonam*, & a Ruinart. *in Actis Martyrum editionis*



Milano de' SS. Nazario, e Celſo fanciullo; *ai* 17. *di Agoſto*, in Cartagine nell'Africa di Maſſimo fanciullo; *ai* 21. *di Agoſto* nella Sardegna di Ciſello e Camerino fanciulli; *ai* 14. *di Settembre*, in Roma di Creſcenzio fanciullo; *ai* 17. *dello ſteſſo meſe*, in Autun di S. Flocello fanciullo; *ai* 13. *di Novembre*, di Paolillo fanciullo, che ſopportò il martirio nella perſecuzione Vandalica di Genſerico nell' Africa; *ai* 18. *dello ſteſſo meſe*, in Antiochia del fanciullo Barula; *ai* 6. *di Dicembre*, nell'Africa di S. Majorico giovanetto. Di queſto Majorico parla pure Vittore Vitenſe *nel lib. 5. della Perſecuzione Vandalica, nel tom. 8. della Biblioteca de' Padri*, ove ancora *alla pag.* 681. fa menzione d'altri fanciulli, che nella detta perſecuzione Vandalica ſopportarono coraggioſamente il martirio: *Ibi & Infantuli fuere quamplurimi, quos genitrices materno ſequebantur affectu, aliæ gaudentes, aliæ triſtes, aliæ retrahentes: aliæ gaudebant, ſe Martyres peperiſſe; aliæ moliendo, diluvio rebaptizationis nitebantur a confeſſione Fidei revocare. Nullum tamen tunc nec blandimenta vicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinavit ad terram.*

Secondo dal trovarſi le loro Reliquie colle inſegne del martirio.

§. 12. Ai Fanciulli, i nomi de' quali ſono deſcritti, come abbiamo veduto, nel Martirologio Romano, e che ſono poſti nel numero de' Martiri, ſuccedono gli altri, le Reliquie de' quali, colle diviſe del Martirio, che è lo ſteſſo che dire, col vaſo di ſangue, ſi ſono ritrovate ne' Cimiterj de' noſtri antichi Chriſtiani, col nome proprio, e colla notizia degli anni, ne' quali i Santi Fanciulli furono uccisi per Criſto. Per verificare queſt' aſſunto, baſta dar mano all' Opera diligentiſſima della buona memoria del Canonico Marcantonio Boldetti *ſopra i Cimiterj de' SS. Martiri, ed antichi Criſtiani*, ove *alla pag.* 344. ſi riferiſce la lapida di S. Doroteo Martire, morto nell' età di meſi ſei; *alla pag.* 363. quella di S. Anaſtaſio, *alla pag.* 365. quella di S. Serenilla, ambidue morti nel primo anno della loro vita; *alla pag.* pure 365. quella di S. Bonifazia morta d'anni tre; alla *pag.* 432. quella di S. Aurelio d'anni quattro; tre che appartengono a tre Infanti d' anni cinque, cioè di Decenzio *alla pag.* 345. di Tiberia *alla pag.* 363. di Candida *alla pag.* 366., e finalmente di due, che non avevano paſſato l'anno ſeſto, cioè quella di S. Doroteo *pag.* 372. e quella di S. Diogenia *pag.* 381. E lo ſteſſo Canonico Boldetti *al lib.* 1. *cap.* 48. *pag.* 261. dopo aver ſaviamente conſiderato, che non i ſoli Innocenti di Betlemme, ma che gli altri ancora, che dipoi ſono morti per la Fede di Criſto, benchè fanciulli, ſono degni del culto dovuto ai Martiri, ſoggiugne, che nelle Perſecuzioni, per tutto il mondo, e ſpecialmente in Roma, fu data dagl' idolatri la morte anche ai Fanciulli in odio della Fede di Criſto: *In Pueris quoque, virtus major ætate, annos ſuos confeſſionis laude tranſcendit, ut martyrii veſtri beatum gregem & ſexus & ætas omnis ornaret*: ſono parole di S. Cipriano *nell' Epiſtola 77. ad Nemeſianum* dell' edizione del Baluzio. E parlando de' Criſtiani di Roma, dice Minuzio Felice *in Octavio, nel tom. 3. della Biblioteca de' Padri: Pueri & mulierculæ noſtræ, cruces, tormenta, feras, & omnes ſuppliciorum terriculas, inſpirata patientia doloris illudunt.*

Terzo, dagli Annali, ed altri Eccleſiaſtici monumenti.

§. 13. Concordano gli Annali della Chieſa, ed altri monumenti Eccleſiaſtici. Ne' tempi di Decio, o di Valeriano, celebre fu il martirio di S. Cirillo fanciullo, *Pueri*, gli Atti del quale ſono riferiti dai Bollandiſti *nel tom. 7. di Maggio al giorno* 29. e dal Ruinart *in Actis Martyrum dell'*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Amſtelodami pag.* 246. In Annalibus Cardinalis Baronii *ad annum Chriſti* 311. *num.* 16. fit mentio de duobus fratribus Puerulis, quorum corpora condita fuere ad Nicomediam in Eccleſia, quæ ſubinde dicta fuit *Martyrium Infantium; & ad annum Chriſti* 522. *pag.* 57. *& ſeq.* exſcripta ſunt acta Martyrii cujuſdam Mulieris, ejuſque Filii quintum ætatis annum non prætergreſſi. Apud Bollandiſtas ad *diem* 24. *Martii*, præter ea, quæ de Beato Simone puero Tridentino ſuperius commemoravimus, narratur, in Diœceſi Colonienſi coli Joannettum quemdam Puerum, in odium Fidei ab Hebræis occiſum: Baillet. ad *eandem diem* 24. *Martii* inquit, Pariſiis coli tanquam Martyrem Riccardum quemdam Puerum; alterumque itidem puerum Villelmum nomine, in odium Fidei ab Hebræis interemptum in Anglia fuiſſe cultum. Tomo autem 18. Operum Patris Theophili Raynaudi, & nominatim in eo Opere, quod inſcriptum eſt *de Martyrio per peſtem*, *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. legitur, Ferdinandi Hiſpaniarum Regis ætate, in odium Chriſti, fuiſſe a Judæis interfectum in oppido prope Toletum, *Guardia* dicto, puerum quemdam trimum, eidemque cultum exhiberi, atque dici antonomaſtice, *Innocentem a Guardia*: idque ipſum teſtatur de geminis aliis pueris bimis, in Sardinia, Ceſſelio, & Camerino nuncupatis. Inſuper in præcitata diſceptatione Apologetica de martyrio S. Simonis Tridentini *p.* 242. Infantula quædam commemoratur, nomine Urſula, annorum trium, quæ ad annum circiter 1442. Loncii, parva quidem, ſed vetuſta Civitate in finibus Comitatus Tirolenſis ad Carinthiam poſitæ in Valle Puſteria, truculentiſſime fuit in Chriſti odium ab Hebræis interempta; vetuſtiorique lapidi in ſacrario loci appoſito ſubrogatus ſubinde fuit recentior an. 1609. ex vetuſtiori illo exſculptus, in quo deſcripta legitur horrendi ſceleris hiſtoria: *& pag.* 246. *& ſeq.* mentio habetur de Laurentino puero, quem Hebræi quinquennem in odium itidem Fidei Chriſti anno 1485. interfecerunt, quique ab ipſo martyrio in hæc uſque tempora, Maroſticæ, in agro Vicentino, proximiſque pagis, martyr habetur ac colitur.

Non omnes, qui ſupra commemorati ſunt pueri vel infantes, rationis expertes fuerunt.

§. 14. Non id Nobis ſumimus, ut propugnemus, omnes, quorum nomina huc uſque innuimus, ea reipſa fuiſſe ætate, qua rectum a pravo, cum occiſi fuerunt, non ſecernerent, quamvis ex ipſis nonnulli *Pueri*, reliqui *Infantes* dicantur. Fatemur ingenue, ut ut aliqui nuncupentur Pueri, ex his tamen ipſis nonnullos duodecimum, alios nonum, & alios itidem ſeptimum ætatis annum impleviſſe; quemadmodum ipſi adnotavimus ad martyrium S. Babilæ, & Sociorum, in Noſtro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. & uti etiam monetur ab emeritis viris, & in latina lingua apprime verſatis,

Verba *Puer*, *Infans* non ſemper ætatem indigitant judicio expertem.

quorum aliqui pueritiam a tertio quartove ætatis anno ad decimum uſque, alii a ſeptimo ad decimum quartum producunt; uti videre eſt apud Martinium *Verb. Puer.* Alii pueritiam decimo, vel etiam decimo quinto ætatis anno concludunt, quemadmodum legi poteſt penes celebrem Facciolatum *Verb. Puer*, & inter juriſperitos apud Gonzalez, *in cap. Referente num.* 7. *& ſeq. de delictis puerorum*: qua nimirum ætate oportet fuiſſe ſanctum illum Cyrillum *Puerum*, quem ſupra commemoravimus, ſi ejus agendi ratio, reſponſiones ad Tyrannum, adhibitaque ab ipſo Tyranno verba expendantur. *Vidiſti, o puer* (*inquit*) *ignem; vidiſti, o juvenis, gladium?* quæ in ejuſdem Actibus ſuperius indicatis leguntur. Animadvertimus, plures dici infantes, eum autem eſſe infantem, qui adhuc concepta verba proferre neſcit, id eſt non valet. *Infans ab infando dictus eſt:* inquit Nonius. Et S. Iſidorus

*edizione di Amſterdam pag.* 246. Negli Annali del Cardinal Baronio *all'anno di Criſto* 311. *num.* 16. ſi fa menzione del martirio di due Ragazzi fratelli, i Corpi de' quali furono ſepolti in una Chieſa vicino a Nicomedia, che dipoi chiamoſſi *Martyrium Infantium: e* ed *all'anno di Criſto* 522. *num.* 57. *e ſeg.* ſono regiſtrati gli Atti del martirio di una Donna, e d'un di lei Figlio, che non aveva più d'anni cinque. Ne' Bollandiſti *al giorno* 24. *di Marzo*, oltre il Beato Simone fanciullo di Trento, di cui di ſopra ſi è parlato, ſi racconta, che nella Dioceſi di Colonia ſi preſta culto ad un certo Joannetto fanciullo, ucciſo dagli Ebrei in odio della Fede. Il Baillet *allo ſteſſo giorno* 24. *di Marzo*, dice, che in Parigi un certo Riccardo fanciullo è venerato per Martire, e che un certo Guglielmo parimente fanciullo, che fu ucciſo dagli Ebrei in odio della Fede, ha avuto culto nell'Inghilterra. *E nel tom.* 18. *delle Opere* del Padre Teofilo Raynaudo, ed individualmente in quella intitolata *de Martirio per peſtem*, *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. ſi legge, che nel tempo del Rè Ferdinando fu ucciſo dagli Ebrei in odio di Criſto un certo Fanciullo di tre anni in un Caſtello vicino a Toledo, chiamato *Guardia*, che eſſo ha culto, e che chiamaſi per antonomaſia *Innocens a Guardia*: ed atteſta lo ſteſſo di due altri Fanciulli di due anni nella Sardegna, chiamati Ceſelio, e Camerino. E nella citata Diſſertazione Apologetica ſopra il martirio del Beato Simone da Trento *alla pag.* 242. ſi fa menzione d'una certa Bambina, chiamata Orſola, d'anni tre, che circa l'anno 1442. in Lienz, piccola, ma antica Città, poſta ſu i confini del Tirolo verſo la Carintia, nella valle di Puſteria, fu barbaramente ucciſa dagli Ebrei in odio di Criſto; eſſendo ſtata poſta nella Sagreſtia della Chieſa del Luogo, in vece d'un'antica lapide, una più recente del 1609. eſtratta dall'antica, in cui l'orrido infanticidio viene deſcritto: ed *alla pag.* 246. *e ſeg.* ſi fa menzione del fanciullo Lorenzino, che in età d'anni cinque l'anno 1485. fu ſvenato dagli Ebrei in odio pure della Fede di Criſto, e che dal giorno del ſuo martirio fino al preſente, in Maroſtica nel territorio Vicentino, e ne' luoghi vicini, è riconoſciuto e venerato come Martire.

Non tutti i ſopranominati fanciulli, o infanti, erano privi d'uſo di ragione.

§. 14. Noi non c'impegniamo a ſoſtenere, che tutti quelli, i nomi de' quali abbiamo poc'anzi additati, foſſero veramente in quell'età, in cui non diſtinguevano il bene dal male, quando furono ucciſi, ancorchè alcuni d'eſſi ſiano chiamati *Puer*, ed altri *Infans.* Con ogni ingenuità riconoſciamo, che, benchè alcuni ſiano chiamati Fanciulli, alcuni però d'eſſi erano, chi in età di dodici anni, chi di nove, e chi di ſette; come Noi ſteſſi abbiamo oſſervato nel Martirio di S. Babila, e de' Compagni, nella noſtra Opera *de Canonizat. Sanctorum al lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5., e come ancora vien avvertito degli uomini di gran merito, e profondi nella lingua Latina,

Le parole *Fanciullo*, *Infante* non ſempre indicano età incapace di ragione.

alcuni de' quali miſurano la puerizia dal terzo, o quarto anno, fino al decimo; altri dal ſettimo ſino al decimo quarto, come può vederſi nel Martinio *alla parola Puer;* altri mettono il fine della puerizia nell' anno decimo, ed anche nel decimo quinto, come può vederſi nell'inſigne Facciolati *alla parola Puer*, e fra i Giuriſti nel Gonzalez *ſopra il Cap. Referente*, *num.* 7. *& ſeq. de delictis puerorum*, e come finalmente è d'uopo, che foſſe quel S. Cirillo fanciullo, *Puer*, di ſopra memorato, ſe ſi conſidera la di lui condotta, le riſpoſte da eſſo date al Tiranno, ed il linguaggio uſato dal tiranno; *Vidiſti, o puer* (*inquit*) *ignem; vidiſti, o juvenis, gladium*: come ſi legge ne' di lui Atti di ſopra indicati. Riflettiamo, che molti ſono chiamati infanti, e che infante è quello, che per anche non ſa, cioè non può parlare. *Infans ab infando dictus eſt:* dice Nonio.

rus *de originib.* ſubdit : *Infans dicitur homo primæ ætatis : dictus autem infans, quia adhuc fari neſcit, id eſt loqui non poteſt.* Qua in re conſentiunt viri latinæ linguæ peritia inſigniores, Hofmannus nempe, & præmemoratus Facciolati. Verum non ignoramus infantis nomine ab Eccleſiaſticis Scriptoribus eos etiam fuiſſe deſignatos, qui eam agebant ætatem, qua eloqui poterant, ac noverant. In Actis Proconſularibus S. Saturnini & Sociorum martyrum a Surio editis, relatiſque a Cardinali Baronio ad annum Chriſti 303., habetur, a Coloniæ magiſtratu captum Saturninum Presbyterum, una cum quatuor filiis, quos inter aderat Hilarianus infans, omneſque martyrium conſecutos : ad verbum autem *Infans* hæc expendit prædictus Cardinalis *num.* 36. *Cum hic audis infantem, ne exiſtimes, puerum hunc eſſe nuper natum, qui fari neſciat; nam loquendi uſus erat apud Afros, ut quoſque pueros infantes dicerent, ut ex Victore Uticenſi alibi diximus, qui pueros Eccleſiæ cantores, infantulos nominat &c.* Poſt hæc idem Cardinalis quæſtionem exhibet de ætate, quam ageret Hilarianus infans, cum martyrium paſſus eſt. *Porro quotennis eſſet puer hic, quem Auctor vocat infantem, ſua ipſius confeſſio, coram Proconſule facta, inferius declarabit : Et num.* 57. verba exſcribens ab infante coram Proconſule dicta, ſatis indicat, infantem & fari ſciviſſe, & potuiſſe, eaque fuiſſe ætate, in qua probe animo menteque aſſequebatur, ſibi mortem in odium Fidei Chriſti inferri; *Hilarianus adhuc ſupererat*, ſunt ipſa Actorum verba; *unus de natis Presbyteri Martyris Saturnini, qui ætatem ſuam parvulam ingenti devotione vincebat &c. Subito brevi de corpore vox juvenilis auditur, & anguſtum pueri pectus ad confeſſionem Domini totum aperitur in voce reſpondentis: Chriſtianus ſum, & mea ſponte atque voluntate cum patre meo, & cum fratribus feci Collectam.*

Triplex Martyrum diſtinctio.

Voluntate, & opere.

§. 15. S. Bernardus in Sermone de Innocentibus *tom.* I. *pag.* 787. ait nonnullos Martyres eſſe *voluntate & opere*, veluti Sanctus Stephanus : *Habemus in Beato Stephano martyrii ſimul & opus, & voluntatem;* alios eſſe Martyres ſola voluntate, cujuſmodi fuit S. Joannes Evangeliſta, qui poſt martyrium ebullientis olei ſuperſtes, in pace quievit, *habemus ſolam voluntatem in Beato Joanne :* & quoſdam Martyres haberi ſolo opere, ex eo nimirum, quod pro Chriſti Fide mortem obierint : *ſolum in Beatis Innocentibus opus.* In Claſſe Martyrum *operis & voluntatis* redigendi ſunt quotquot puerilem licet ætatem agentes, noverunt tamen ſibi pro Chriſti Fide moriendum, volueruntque pro ea occumbere, Deo Optimo efficacibus gratiæ ſuæ auxiliis ætatem antevertente. Hunc gratiæ triumphum innuit S. Ambroſius, cum *in ſuo lib.* I. *de Virginibus cap.* 2. loquitur de martyrio S. Agnetis : *Hæc duodecim annorum martyrium feciſſe traditur. Quo deteſtabilior crudelitas, quæ nec minuſculæ pepercit ætati : immo magna vis Fidei, quæ etiam ab illa teſtimonium invenit ætate :* & paulo infra : *Magiſterium virtutis implevit, quæ præjudicium vehebat ætatis.* Paulò ſupra martyrium commemoravimus matris, ejuſque filii, a Cardinale Baronio relatum *ad annum Chriſti* 522. *num.* 57. *& ſeq.* nunc autem oportune ſubditur, valuiſſe puerum, etſi haud quinquennio majorem, blandimentis Tyranni obſiſtere, qui poſtquam matrem comburi juſſerat, filium cupiebat pœna eximere, modo a Chriſti Fide defeciſſet; verum cum effervescente concertatione, a ſuo ſe cuſtode abripuiſſet puer, ex ſuperno peculiari impulſu proſiliit in flammas, inter quas perierat mater, quemadmodum noſſe licet ex univerſa facti ſerie deſcripta in Actis a Cardinali Baronio relatis, in quibus dum pueri deſcribitur indoles, inſtructus

Sola voluntate.

Solo opere.

dicitur

Nonio. E S. Iſidoro *de originib.* ſoggiugne : *Infans dicitur homo primæ ætatis : dictus autem infans, quia adhuc fari neſcit, id eſt loqui non poteſt.* Nel che concordano gli uomini più inſigni nella lingua Latina, cioè l'Hofmanno, ed il ſopradetto Facciolati. Ma ſappiamo, che il nome d'infante appreſſo gli Scrittori Eccleſiaſtici è ſtato dato anche a quelli, che erano in una età, in cui potevano e ſapevano parlare. Negli Atti Proconſolari di S. Saturnino, e Compagni Martiri, ſtampati dal Surio, e riportati dal Cardinale Baronio *all' anno di Criſto* 303. vien riferito, che dal Magiſtrato della Colonia fu preſo Saturnino Prete coi quattro ſuoi Figliuoli, fra' quali vi era Hilariano infante, e che tutti furono martirizzati, e ſopra la parola Infante così riflette il detto Cardinale *al num.* 36. *Cum hic audis infantem, ne exiſtimes, puerum hunc eſſe nuper natum, qui fari neſciat; nam loquendi uſus erat apud Afros, ut quoſque pueros infantes dicerent, ut ex Victore Uticenſi alibi diximus, qui pueros Eccleſiæ cantores infantulos nominat &c.* Dopo ciò, lo ſteſſo Cardinale forma il queſito circa l'età, in cui era Hilariano infante, quando ſopportò il martirio : *Porro quotennis eſſet puer hic, quem Auctor vocat infantem, ſua ipſius confeſſio, coram Proconſule facta, inferius declarabit : Ed al num.* 57. riferendo le parole dell'infante dette avanti il Proconſole, dà a conoſcere, che l'infante poteva e ſapeva parlare, e ch'era in una età, in cui ben conoſceva, che riceveva la morte per la Fede di Criſto : *Hilarianus adhuc ſupererat*, ſono parole degli Atti, *unus de natis Presbyteri Martyris Saturnini, qui ætatem ſuam parvulam ingenti devotione vincebat &c. Subito brevi de corpore vox juvenilis auditur, & anguſtum pueri pectus ad confeſſionem Domini totum aperitur in voce reſpondentis : Chriſtianus ſum, & mea ſponte atque voluntate, cum patre meo, & cum fratribus feci Collectam.*

Diſtinzione de' Martiri in tre Claſſi.

Di fatto cioè, e per elezione.

§. 15. S. Bernardo nel Sermone degl'Innocenti *al tom.* I. *pag.* 787. dice, che alcuni ſono Martiri *voluntate & opere*, come fu Santo Stefano : *Habeamus in Beato Stephano martyrii ſimul & opus & voluntatem :* altri ſono Martiri di ſola volontà, come fu S. Giovanni Evangeliſta, che morì in pace, eſſendo ſopravviſſuto al martirio dell'olio bollente, che ſofferſe : *Habemus ſolam voluntatem in Beato Joanne* : e che altri ſono Martiri per l'opera ſola, cioè per aver perduta la vita per la Fede di Criſto : *Solum in beatis Innocentibus opus.* Alla claſſe de' Martiri *operis & voluntatis* debbono riferirſi tutti quelli, che, quantunque in età puerile, conobbero, che dovevano morire per la Fede di Criſto, e vollero morire per eſſa, avendo il Grande Iddio cogli ajuti efficaci della ſua grazia prevenuto l'età. Allude S. Ambrogio a queſto trionfo della grazia, quando *nel ſuo lib.* I. *de Virginibus al cap.* 2. parla del martirio di S. Agneſe: *Hæc duodecim annorum martyrium feciſſe traditur. Quo deteſtabilior crudelitas, quæ nec minuſculæ pepercit ætati : immo magna vis Fidei, quæ etiam ab illa teſtimonium invenit ætate* : e poco dopo : *Magiſterium virtutis implevit, quæ præjudicium vehebat ætatis.* Poc' anzi ſi è parlato del martirio di una Madre, e d'un Figlio, riferito dal Cardinale Baronio *all' anno di Criſto* 522. *num.* 57. *e ſeg.*, ed ora cade in acconcio l'aggiugnere, che, benchè in Fanciullo non aveſſe più di cinque anni, ſeppe reſiſtere alle luſinghe del Tiranno, che, dopo aver condannata la Madre alle fiamme, era portato a ſalvare il Figlio, purchè aveſſe abbandonata la Fede di Criſto; ma, eſſendoſi eſſo, nel mezzo del contraſto, ſottratto dal ſuo cuſtode, per iſtinto particolare celeſte gettoſſi nelle fiamme, nel mezzo delle quali era morta la Madre; come il tutto può vederſi negli Atti portati dal Cardinale Baronio, ne' quali, deſcrivendoſi le qualità

Di ſolo deſiderio.

Di ſolo fatto.

del

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

dicitur prudentia, quæ ætatem longe præſtaret. De his Martyribus non eſt Nobis ſermo; de tertia loquimur claſſe Martyrum, qui *ſolo opere Martyres ſunt*, ut verbis utamur S. Bernardi, damuſque libenter, ex iis multos reperiri inter eos, quos ſupra commemoravimus; occurrunt quippe nonnulli, de quibus, vel adnotatus annorum numerus, quo martyrium ſubierunt, vel integer hiſtoriæ complexus omnem adimunt occaſionem diſceptandi, quonam ſenſu verbum *Puer*, alterumque *Infans*, ſint accipienda. Cum in Sacro Textu apud Matthæum *cap.* 2. ætas puerorum, quos Herodes in Bethleem ejuſque finibus juſſit occidi, adnotetur -- *a bimatu*, *& infra* -- inde demonſtratur perſpicue, interfectos pueros Martyres fuiſſe *ſolo opere*; pugnat quippe cum veriſimilitudine, & cum ipſa littera textus, ſententia, quam Janſenius quoque *in Evangelia cap.* 11. improbavit, aſſerentium, verba illa -- *a bimatu & infra* -- haud ita accipi oportere, quaſi adhibita ad circumſcribendam ætatem infantium interfectorum, ſed ad innuendum, primum quidem occiſos fuiſſe infantes biennes, vel biennio minores, quamvis ſubinde necati fuerint & illi, qui erant grandiores.

Poſtremæ Claſſi accenſendi Bethleemitici infantes.

Quinam cultus infantibus in odiū Chriſti ſublatis, fuerit in Eccleſia præſtitus.

§. 16. Nihil deflectentes á ſtatuta methodo, proximum eſt, ut de Cultu diſſeramus, qui juxta Eccleſiæ diſciplinam exhibitus fuit, nuncque exhibetur Infantibus, quibus in odium Chriſti mors fuit illata, quique Martyres ſunt *ſolo opere*; propterea quod mortem ipſam ea ætate ſint perpeſſi, qua potis non erant, bonum a malo ſecernere, nec adhuc advenerat *tempus intelligentiæ, quo Dei mandata cognoſcimus, ut perveniamus ad vitam*, uti loquitur S. Hieronymus *in epiſt.* 121. *ad Algaſiam quæſt.* 8., victoriamque obtinuerint vel ante quam, quid viciſſe ſit, noſſe potuerint; juxta phraſim, qua utitur S. Ambroſius differens de Infantibus Bethleemiticis *lib.* 1. *de officiis Miniſtrorum cap.* 41. *num.* 213. *Quid de bimulis loquar, qui ante palmam victoriæ acceperunt, quàm ſenſum naturæ?* Utque res clarior evadat, in nonnullas claſſes eoſdem diſtribuemus.

Variæ numerantur claſſes, cum hujuſmodi infantium, tū cultus iiſdem tributi.

Prima claſſis eorum, qui in univerſa Eccleſia cultum obtinent a primis ſæculis, quique aliqua ratione canonizati dici poſſunt.

§. 17. Prima claſſis iis conſtat, qui a remotioribus uſque ſæculis cultum obtinent in tota Eccleſia univerſalem; de his quippe licet aſſerere, Sanctorum albo eos eſſe adſcriptos per eam Canonizationis ſpeciem, quæ tum adeſſe intelligebatur, cum cultus aliqua in Diœceſi inſtitutus, ex ea in aliam Diœceſim, & ita ſubinde in univerſam Eccleſiam protendebatur; qua quidem in re, Eccleſiaſtica ſemper accedebat auctoritas, Epiſcoporum nimirum, & Romani Pontificis. Epiſcoporum quidem, dum cultus ex altera in alteram Diœceſim ipſis conſentientibus derivabat: Romani autem Pontificis, vel quia a particularibus locorum Epiſcopis ſæpe tranſmittebantur Acta, ut eadem ipſe expenderet, atque probaret; vel quia, cum perſpectum haberet, nec improbaret cultum jam inſtitutum, ac ſenſim longe lateque manantem, hoc ipſo eum probare videbatur: veluti videre eſt in *noſtro lib.* 1. *de Canonizatione Sanctor. cap.* 6. & nominatim *num.* 9.

Huic accēſendi Bethleemitici infantes.

§. 18. In hanc autem primam Claſſem nos Bethleemiticos Innocentes referimus, quorum cultus jam inde a primis ſæculis in univerſa Eccleſia obtinuit, quemadmodum demonſtrat Cardinalis Baronius *in Notis ad Martyrologium Romanum*, & uti etiam fateri cogitur ſeverus cenſor Baillet, qui in *Hiſtoria Cultus horum SS. Innocentium* §. 2. quamvis neget feſtum ipſorum

diem

del Fanciullo, ſi dice, ch' era dotato d' una prudenza ſuperiore all' età. Noi non parliamo di queſti Martiri: parliamo della terza claſſe de' Martiri, che *ſolo opere Martyres ſunt*, per ſervirci delle parole di S. Bernardo; e ben volentieri ammettiamo, che molti d' eſſi ſi ritrovino fra quelli di ſopra indicati, ritrovandoſene alcuni, ne' quali o il numero eſpreſſo degli anni, in cui furono martirizati, o tutto il conteſto della ſtoria, levano di mezzo qualunque controverſia, che poteſſe eccitarſi ſopra l' intelligenza della parola *Puer*, e dell' altra *Infans*. Il ſacro teſto in S. Matteo *al cap.* 2. eſprimendo l' età, in cui erano quegl' Infanti, che per ordine d' Erode furono trucidati in Betlemme, e ne' confini, -- *a bimatu*, *& infra* --, dà pienamente a divedere, che gli ucciſi furono Martiri *ſolo opere*: eſſendo improbabile, e contraria alla lettera del teſto l' opinione, confutata anche da Gianſenio *ſopra gli Evangelj al cap.* 11., di quelli, che hanno detto, che le parole -- *a binatu*, *& infra* -- non debbono prenderſi come riſtrette all' età degli ucciſi, ma come indicanti, che prima furono ucciſi quegl' Infanti, che erano d' anni due, o ſotto gli anni due, ancorchè dipoi foſſero trucidati ancor quelli, che erano in età ſuperiore.

Dell' ultima Claſſe ſono gl' innocenti di Betlemme.

Qual culto ſiaſi nella Chieſa preſtato ai fanciulli ucciſi in odio di Gesù Criſto.

§. 16. Senz' abbandonare l' ordine prefiſſo, ſubentra ora il diſcorſo del culto, che, ſecondo la diſciplina della Chieſa, ſi è preſtato, e ſi preſta agl' Infanti, a' quali in odio di Criſto è ſtata data la morte, e che *ſolo opere* ſono Martiri, avendola ſopportata in una età, in cui non avevano il diſcernimento del bene dal male, nè era anche venuto *tempus intelligentiæ, quo Dei mandata cognoſcimus, ut perveniamus ad vitam*, come parla S. Girolamo *nell' epiſt.* 121. *ad Algaſiam, alla queſt.* 8., ed avendo conſeguita la vittoria, prima anche che ne aveſſero la conoſcenza, come dice S. Ambrogio, parlando degl' Infanti di Betlemme *nel lib.* 1. *de officiis miniſtrorum cap.* 41. *num.* 213. *Quid de bimulis loquar, qui ante palmam victoriæ acceperunt, quàm ſenſum naturæ?* e per iſfuggire la confuſione, ne faremo alcune claſſi.

Si numerano varie Claſſi, così di tali fanciulli, come del culto loro attribuito.

Prima claſſe formata da quelli, che fino da primi ſecoli hanno culto in tutta la Chieſa, e che però in qualche maniera dir ſi poſſono canonizati.

§. 17. La prima claſſe è di quelli, che da' ſecoli più remoti hanno un culto univerſale in tutta la Chieſa; potendoſi dire, che queſti ſono canonizati con quella ſpecie di Canonizazione, che intendevaſi fatta, allora che, eſſendo il culto incominciato in una Dioceſi, da eſſa paſſava in un' altra, e così ſucceſſivamente in tutta la Chieſa. Nel che ſempre interveniva l' autorità Eccleſiaſtica, cioè de' Veſcovi, e del Romano Pontefice: de' Veſcovi, mentre il culto introdotto in una Dioceſi, paſſava nell' altre col loro aſſenſo: del Romano Pontefice, o perchè dai Veſcovi particolari molte volte ſi traſmettevano gli Atti, acciò eſſo gli eſaminaſſe, e gli approvaſſe; o perchè ſapendo pur eſſo, e non riprovando il culto, che eraſi introdotto, e andavaſi dilatando, con ciò veniva ad approvarlo: come può vederſi *nel noſtro lib.* 1. *de Canonizat. Sanctor. al cap.* 6. e ſpecialmente *al num.* 9.

A queſta ſi devono annoverare gl' infanti di Betlemme.

§. 18. Ed in queſta prima claſſe Noi riponiamo gl' Innocenti di Betlemme, il culto de' quali in tutta la Chieſa fu introdotto fino da' primi ſecoli, come dimoſtra il Cardinale Baronio *nelle Note al Martirologio Romano*, e come ancora è obbligato a confeſſare il ſevero critico Baillet, che *nella Storia del Culto di queſti SS. Innocenti al* §. 2., ancorchè non ammetta l' univerſale oſſer-

vanza

diem ante ſæculum nonum fuiſſe univerſim ſervatum, fatetur tamen, cultum erga eos in univerſa Eccleſia jam inde a primis ſæculis inoleviſſe; quandoquidem & ipſe S. Auguſtinus ſcripſerat *libro 3. de libero arbitrio cap. 23. num. 67. Non fruſtra etiam Infantes illos, qui, cum Dominus noſter Jeſus Chriſtus necandus ab Herode quæreretur, occiſi ſunt, in honorem Martyrum receptos commendat Eccleſia*: Quod etiam colligitur *ex lib. 10. de Geneſi ad litteram cap. 22. num. 39.*

Græcorum, aliorumque minus probabilis opinio de illorum numero.

Prior hæc Claſſis multa ſane eſſet ac frequens, ſi Græcorum firma eſſet aſſertio, qui in ſuis Menæis volunt, infantes juſſu Herodis in Bethleem necatos, numerum quatuordecim millium impleviſſe: *Commemoratio Sanctorum Infantium, qui ab Herode occiſi fuerunt, quorum numerus quatuordecim millia*; qua in re conſentiunt quoque Moſchi *in ſuis Sacris Ephemeridibus*, & Æthiopes *in ſua Liturgia*. At Nos hujuſmodi aſſertioni minime aſſentiri Nos poſſe ducimus; cum legerimus, quidquid contra ſcripſere Papebrochius *tom. 1. Actuum Sanctorum Maji pag. 57.* Tillemont. *in Monumentis Eccleſiaſticis tom. 5. pap. 432. not. 13.* Calmet *in Commentariis ad Evangelium S. Matthæi*, Serry *in ſuis exercitationibus*, & noviſſime eruditus Pater Caſtus Innocens Anſaldi in egregia ſua Diſceptatione, ſeu *Vindiciis Infanticidii Herodis*, Brixiæ ſub annum 1746. impreſſis, ubi eos refutans, qui auſi ſunt facti veritatem in dubium revocare, ex ea leviſſima ratione, quod nihil de eo habeat Joſeph Hebræus, non prætermiſit omnia colligere, quæcunque a cæteris uſpiam allata fuere adverſus præfatam Græcorum aſſertionem. Satiſque Nobis erit aſſeruiſſe, infantes in Bethleem ejuſque finibus fuiſſe jubente Herode occiſos, eoſdemque non ſolum Martyres extitiſſe, ſed cum inſuper in univerſa Eccleſia cultum ſint conſueti, quemadmodum ſupra adnotavimus, Canonizatos haberi debere, ideoque pertinere ad primam claſſem, de qua nunc Nobis eſt ſermo; quam quidem in claſſem libenter recenſebimus alium quemcunque infantem, cui demonſtretur in univerſa Eccleſia a primis uſque ſæculis, cultum veluti Martyri fuiſſe exhibitum, eo plane modo, quo fuit exhibitus, & nunc quoque temporis Bethleemiticis infantibus exhibetur.

Canonizationem ſunt conſecuti, & quomodo.

vanza della loro Feſta, che nel principio del ſecolo nono, confeſſa però, che il culto verſo di loro nella Chieſa univerſale aveva avuto principio ne' primi ſecoli; ſcrivendo ancora S. Agoſtino *nel lib. 3. de libero arbitrio al cap. 23. n. 67. Non fruſtra etiam Infantes illos, qui. cum Dominus noſter Jeſus Chriſtus necandus ab Herode quæreretur, occiſi ſunt, in honorem Martyrum receptos commendat Eccleſia*: il che anche ſi raccoglie *dal lib. 10. de Geneſi ad litteram cap. 22. num. 39.*

Poco probabile opinione de' Greci, e di altri, intorno al loro numero.

Queſta prima claſſe ſarebbe molto ferace ed abbondante, ſe foſſe ſuſſiſtente l'aſſerzione de' Greci, che *ne' loro Menei* vogliono, che gl' Infanti uccisi in Betlemme per ordine di Erode foſſero quattordici mila: *Commemoratio Sanctorum Infantium, qui ab Herode occiſi fuerunt, quorum numerus quatuordecim millia*: nel che anche concordano i Moſchi *nelle loro ſacre Efemeridi*, e gli Etiopi *nella loro Liturgia*. Ma Noi non crediamo di poter aderire alla predetta aſſerzione; avendo letto quanto contro ad eſſa viene ſcritto dal Papebrochio *nel tom. 1. degli Atti de' Santi di Maggio alla pag. 57.* dal Tillemont *nelle Memorie Eccleſiaſtiche al tom. 1. pag. 432. not. 13.* dal Calmet *ne' Commentarj ſopra il Vangelo di S. Matteo*, dal Serry *nelle ſue Eſercitazioni*, ed ultimamente dall' erudito Padre Caſto Innocence Anſaldi nella ſua bella Diſſertazione, o ſieno *Vindicie dell' Infanticidio di Erode*, ſtampate in Breſcia l' anno 1746.; ove confutando chi ha oſato di dubitare della verità dell' Infanticidio, pel debole motivo, che Giuſeppe Ebreo d' eſſo non parla, non ha laſciato di raccorre quanto dagli altri è ſtato dedotto contro la ſopra riferira aſſerzione de' Greci. Ci contenteremo dunque di dire, che gl' Infanti, che erano in Betlemme, e ne' confini, furono fatti uccidere da Erode; e che non ſolo furono Martiri, ma che, avendo in tutta la Chieſa il culto, come poc' anzi ſi è eſpoſto, ſono canonizati, e così appartengono alla prima claſſe, di cui ora parliamo; nella qual claſſe ſiamo anche preparati ad annoverare ogni altro Infante, che a Noi veniſſe additato, e che da' primi ſecoli foſſe ſtato venerato in tutta la Chieſa come Martire, conforme lo ſono ſtati, e lo ſono gl' Infanti di Betlemme.

Sono eſſi Canonizati, e come.

Secunda ex iis eſt, qui ab immemorabili certis in locis cultum obtinent, conſentientibus Ordinariis.

§. 19. Altera Claſſis ex iis conſtituitur Infantibus in odium Chriſtianæ Fidei interfectis, qui a tempore hominum memoriam antevertente publicum ſibi in aliqua Civitate, vel Diœceſi vindicant cultum, ſcientibus, & ferentibus, quin & quandoque nominatim etiam adprobantibus Ordinariis. Secundæ huic claſſi poſſunt accenſeri perplures, quorum, uti prænotavimus, in Eccleſiæ Annalibus, ac Monumentis fit mentio, & nonnulli etiam ex iis, quorum nomina ſunt in Martyrologium Romanum relata. In eadem ipſa Claſſe locus ſtatuendus erit Beato illi Infanti Joanetto, duobuſque Pueris Riccardo & Guillelmo, & præter reliquos Beato etiam Laurentino, de cujus vetuſtiſſimi cultus antiquitate, extat Epiſcopalis Patavinæ Curiæ teſtimonium impreſſum in præcitata Diſceptatione apologetica, de martyrio Sancti Simonis Tridentini *pag. 253.* his verbis compoſitum. *Il Culto Religioſo verſo coteſto Santo Fanciullo ſi è mantenuto ſempre invariabile nel lungo corſo d'anni dugento ſeſſanta dal ſuo Martirio ſino ad preſente, così in Maroſtica, come ne' luoghi vicini, informati del di lui ſagrifizio alla rabbia Giudaica. Nelle urgenze sì private, e sì publiche di queſti popoli, ſi ricorre a Dio Signore col mezzo del di lui credito, ſcoprendoſi in tal occaſione l' Arca del ſuo ſacro Depoſito, per ſempre più infervorare i ſupplicanti.* De his itaque differendo, qui præfata immemorabili poſſeſſione publici cultus fruuntur,



Seconda claſſe, di quelli, che in luoghi particolari da tēpo immemorabile ſono venerati col conſenſo degli Ordinarj.

§. 19. La ſeconda claſſe è di quegl' Infanti uccisi in odio della Fede di Criſto, che ſono da tempo immemorabile in qualche Città, o Dioceſi in poſſeſſo d'un pubblico culto, colla ſcienza, e tolleranza, ed anche alle volte colla poſitiva approvazione degli Ordinarj. A queſta ſeconda claſſe poſſono riferirſi molti, e molti, de' quali, come abbiamo veduto, ſi parla negli Annali, e ne' monumenti della Chieſa, ed alcuni ancora di quelli, i nomi de' quali ſono deſcritti nel Martirologio Romano; ed in queſta claſſe ancora dovranno riporſi quel Beato Infante Joannetto, i due Fanciulli Riccardo e Guglielmo, ed oltre gli altri, quel Beato Lorenzino, dell' antichità del di cui culto ritrovaſi un atteſtato della Curia Veſcovile di Padova, ſtampato nella citata Diſſertazione Apologetica ſul Martirio del Beato Simone da Trento *pag. 253.*, che è conceputo colle ſeguenti parole: *Il culto religioſo verſo coteſto Santo Fanciullo ſi è mantenuto ſempre invariabile nel lungo corſo d' anni dugento ſeſſanta dal ſuo Martirio ſino al preſente, così in Maroſtica, come ne' luoghi vicini, informati del di lui ſagrifizio alla rabbia Giudaica. Nelle urgenze sì private, e sì pubbliche di queſti popòli, ſi ricorre a Dio Signore col mezzo del di lui credito, ſcoprendoſi in tal occaſione l' Arca del ſuo ſacro Depoſito, per ſempre più infervorare i ſupplicanti.* Parlando di queſti, che ſono nel predetto poſſeſſo immemorabile di pubblico culto, non ſi può dire, che ſiano beatifi-

Beatificati a Sancta Sede, nec Canonizati dici poſſunt.

aſſeri jure non poteſt, eoſdem Sanctæ Sedis judicio, & auctoritate Beatificatos fuiſſe, dum ponitur, ipſorum cultum, ſcientibus, & probantibus tantummodo Ordinariis, obtinuiſſe; cumque de ipſo nullus fuerit efformatus proceſſus, vel Romam ad Romanum Pontificem miſſus fuerit ejus auctoritate approbandus: Multo minus dici merentur Canonizati, tum quia illorum cultus ad univerſam non protenditur Eccleſiam, tum quia deſideratur ſupremum Romani Pontificis judicium, ad Canonizationem omnino neceſſarium. Illud tamen de præfatis Pueris affirmare licet, quod quum Urbanus Octavus Pontifex ſuis in Decretis edixerit, nolle ſe quicquam detrahere iis, qui centenariam ante ſua Decreta poſſeſſionem publici cultus obtinuerant, nihil hinc præterea deſideretur, ut ipſis debeatur idem cultus, iiſdem in locis, in quibus centum ante id temporis annos illum continenter ſunt conſecuti, ſcientibus, & probantibus Ordinariis; potiorique jure quoties Romani quoque Pontificis ſcientia ſuperacceſſiſſet.

Tamen in Urbani VIII. Decretis cultus ipſis præſervatur.

§. 20. Tertia denique Claſſis eorum eſt puerorum, de quibus ſupra meminimus, quorum ætas una cum propriis eorundem nominibus, ſepulcralibus lapidibus eſt notata; quorumque Oſſa ac Reliquiæ, in Sacris Urbis Catacumbis, cum notis martyrii inventa publico cultui proponuntur. Nemo ex ſeverioribus criticis non conſentit, indubiam eſſe martyrii notam vaſculum ſanguine plenum, vel tinctum ſaltem, quod in ſepulchris in Urbis Catacumbis effoſſis ſæpe reperitur. Aringhius, Mabillonius, Senator Buonarroti, Raphael Canonicus Fabrettus, Abbas Ludovicus Antonius Muratorius, Canonicus Boldetti, Canonicus Marangonius, Eques Victorius, Præfecti ſacris hiſce Corporibus extrahendis, huic ſententiæ omnimoda conſenſione ſubſcribunt: veluti deprehendere eſt ex Noſtro Opere *de Canonizatione lib. 4. part. 2. cap. 27. n. 21. ad fin.* Ex pervetuſta Eccleſiæ diſciplina eſt, ut ſacra Oſſa Romæ ex Cæmeteriis effoſſa, & cum ſignis ſive notis martyrii adinveta, in Eccleſiis publice colenda exponantur: quemadmodum videre eſt ex vulgato Anaſtaſio in vita S. Pauli I. Pontificis octavo ſæculo; ubi poſtquam enarravit, Pontificem hunc reperta in ſacris Cæmeteriis Corpora Romam tranſtuliſſe, ſacraque Oſſa in varias Eccleſias diſtribuiſſe, inde pergens, paulo infra ſubdit, *infra Clauſtra vero ipſius Monaſterii*, quod in propriis paternis ædibus conſtruxerat, *Eccleſiam miræ pulchritudinis a fundamentis noviter conſtruxit &c. Illicque innumerabilium Sanctorum Corpora, quæ de præfatis demolitis abſtulit Cæmeteriis, maximo venerationis condidit affectu.* Ad Sixtum uſque V. Pontificem, in Baſilica S. Pauli Urbis colebantur exigua quædam Oſſa, quæ pia opinione, ſanctorum aliquot Bethleemiticorum Innocentium Oſſa cenſebantur; quemadmodum teſtatur Panvinius in ſuo Opere *de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 96.* Severanus autem *eodem in Tractatu* translationem a Sixto V. ſub annum 1586. ad Liberianam Baſilicam factam deſcribit. Et Abbas Paulus de Angelis in *ſua hujus ipſius Baſilicæ deſcriptione lib.* 10. *cap.* 11. prolixum quemdam locum exſcribit, ex Bulla ejuſdem Pontificis, in qua, verba faciens de Cappella S. Luciæ, una cum alia plane conformi extructa ad limina Sacelli Præſepis Chriſti Domini, hæc habet. *Sub Altari*, nimirum S. Luciæ, *in Arca marmorea duo Sancta Beatorum Innocentium Corpuſcula, a Baſilica Sancti Pauli extra Portam Oſtienſem noſtro juſſu tranſlata, rite recondi curavimus, ut ad Chriſti Infantis Cunabula iidem S. Innocentes (flores, ac primitiæ Martyrum, Deoque gratiſſimæ victimæ) quodammodo excubare videantur.* Ad inſtar autem & exem-

Tertiam claſſem implent pueri, quorum Reliquiæ cum inſignibus martyrii repertæ ſunt.

Quænam ſint certæ martyrii notæ.

Vetera & recentiora exempla evincétia praxim, exponendi publicè colédas horum puerorum Reliquias.

Queſti non ſi poſſono dire Beatificati dalla S. Sede, nè canonizati.

cati dalla Santa Sede; ſupponendoſi, che il loro culto abbia avuto il ſuo corſo colla ſcienza ed approvazione degli Ordinarj; nè eſſendoſi ſopra eſſo formato verun Proceſſo, o traſmeſſo a Roma al Romano Pontefice, acciò l' approvaſſe. Molto meno ſi poſſono dire canonizati; sì perchè il loro culto non è eſteſo alla Chieſa univerſale; sì perchè manca il finale giudizio, che per la Canonizatione è neceſſario che s' interponga dal Pontefice Romano. Ma quello che dee dirſi de' predetti fanciulli, ſi è, che, eſſendoſi il Pontefice Urbano VIII. proteſtato ne' ſuoi Decreti di non voler recare verun pregiudizio a quelli, che erano in poſſeſſo del pubblico culto cento anni prima de' ſuoi Decreti; nulla di più ſi richiede, acciò ad eſſi ſia dovuto quel culto, in tutti que' luoghi, ne' quali l' hanno avuto cento anni prima del detto tempo, con ſcienza, ed approvazione degli Ordinarj, e molto più quando vi foſſe ſtata ancora la ſcienza del Romano Pontefice.

Reſta però preſervato il loro culto ne' Decreti di Urbano VIII.

§. 20. La terza claſſe è di que' fanciulli, de' quali di ſopra ſi è fatta menzione, l' età de' quali col loro nome è eſpreſſa nelle loro lapide ſepolcrali; le Oſſa, e le Reliquie de' quali, ritrovate nelle ſacre Catacombe di Roma colle diviſe del martirio, ſi eſpongono nelle Chieſe alla pubblica venerazione. Non vi è ſevero critico, che non ammetta, eſſer ſegno certo del martirio il vaſo col ſangue, o tinto di ſangue, che ſi ritrova ne' Sepolcri che ſono nelle Catacombe di Roma. L' Aringhi, il Mabillon, il Senatore Buonarroti, Raffaello Canonico Fabretti, l' Abate Ludovico Antonio Muratori, il Canonico Boldetti, il Canonico Marangoni, il Cavalier Vettori, i Miniſtri dell' eſtrazione de' Corpi, concordano pienamente in queſto ſentimento; come può vederſi nella noſtra Opera *de Canonizatione al lib. 4. part. 2. cap. 27. dal num. 21. ſino al fine.* Antica è la diſciplina, che le ſacre Oſſa eſtratte dai Cimiterj di Roma, e ritrovate coi ſegni indicanti il martirio, ſi eſpongano nelle Chieſe alla pubblica religioſa venerazione; come può vederſi nel vulgato Anaſtaſio nella vita di S. Paolo I. Pontefice nel ſecolo ottavo: ove, dopo aver riferito, che dai ſacri Cimiterj portò in Roma i Corpi ivi trovati, e che collocò le ſacre Oſſa in varie Chieſe, poco dopo proſeguendo ſoggiugne: *Infra clauſtra vero ipſius Monaſterii*, che aveva fondato nella propria Caſa paterna, *Eccleſiam miræ pulchritudinis a fundamentis noviter conſtruxit &c. Illicque innumerabilium Sanctorum Corpora, quæ de præfatis demolitis abſtulit Cæmeteriis, maximo venerationis condidit affectu.* Sino ai tempi del Pontefice Siſto V. erano venerate alcune piccole Oſſa nella Baſilica di S. Paolo di Roma, che piamente ſi credevano eſſer le Oſſa di alcuni Santi Innocenti di Betlemme; come atteſta il Panvinio nella ſua Opera *delle ſette Chieſe di Roma pag. 96.* Il Severano poi *nello ſteſſo Trattato* racconta il traſporto fattone da Siſto V. l'anno 1586. alla Baſilica Liberiana. E l' Abbate Paolo de Angelis *nella ſua Deſcrizione di queſta ſteſſa Baſilica al lib.* 10. *cap.* 11. porta un lungo tratto d' una Bolla del detto Pontefice, in cui parlando della Cappella di S. Lucia, che fu fabbricata con altra ſimile ſul limitare della Cappella del Preſepio, così dice: *Sub Altari*, cioè di S. Lucia, *in Arca marmorea duo ſancta Beatorum Innocentium Corpuſcula, a Baſilica Sancti Pauli extra Portam Oſtienſem noſtro juſſu translata, rite recondi curavimus, ut ad Chriſti Infantis Cunabula iidem Sancti Innocentes (flores, ac primitiæ Martyrum, Deoque gratiſſimæ victimæ) quodammodo excubare videantur.* Ed a ſimiglianza ed eſempio delle Reli- quie

Terza claſſe compoſta da' fanciulli, le Reliquie de' quali ſono ſtate trovate coll' inſegne del martirio.

Quali ſiano i certi ſegni del martirio.

Eſempi antichi, e recenti, che provano lo ſtile d' eſporre al publico le Reliquie di tali fanciulli.

exemplum Reliquiarum SS. Bethleemiticorum Innocentium, paſſim ad Altaria exponuntur colendæ Reliquiæ Puerorum, qui in odium Chriſtianæ Fidei martyrium ſubierunt, quorum Oſſa certis martyrii notis diſtincta, ex Urbis Cæmeteriis effodiuntur. In Cæmeterio Gordiani, uti prædiximus, reperta fuerunt Oſſa pueruli Dorotei, ipſo adſcripto nomine, adpoſitoque ſanguinis vaſculo; & infantis Cineres ac Oſſa, una cum inſcriptione, Anagniam fuerunt tranſmiſſa, ut in Eccleſia SS. Coſmæ & Damiani collocarentur, quemadmodum teſtatur Boldetti *præcitato ſuo Opere pag.* 344. ubi *pag.* 345. refert, in eodem Gordiani Cæmeterio inventum fuiſſe Corpus Decentii pueri quinquennis, una cum proprio nomine inſcripto, ampullaque ſanguinis, fuiſſeque illud in Cappella Roſarii, intus Eccleſiam Sanctæ Sabinæ, in Aventino collocatum. Niſi perſpicua res eſſet, & quotidiano uſu comprobata, nullo negotio poſſet contexi catalogus compluribus exemplis, quibus horum infantium Reliquiæ in Eccleſiis locatæ noſcuntur; verum cum nemini incognita ſit diſciplina iſthæc, libenti animo a ſimilium exemplorum collectione ceſſabimus, concludemuſque de tertia hac claſſe ſermonem, animadvertentes, recenſitos in ea pueros publicum obtinere cultum in Eccleſiis, in quibus eorum Reliquiæ conquieſcunt, in id maxime conſentiente, & probante Sancta Sede, quæ firmum ſtatuit ſuæ conceſſionis fundamentum in certis martyrii inſignibus, in eorum ſepulchris repertis; nec propterea tamen aſſeri poſſe, eoſdem eſſe formalem Canonizationem conſecutos, ſi Canonizatio, pro ut par eſt, nil aliud eſſe ponatur, quàm ſententia Romani Pontificis in univerſali Eccleſia per modum præcepti cultum tribuentis. De cultu præfatis Reliquiis exhiberi ſolito, quamvis plerumque is ſit abſque Officio & Miſſa, diſſeruimus ipſi in Noſtro Opere *de Canonizatione Sanctor. lib. 4. part. 2. cap.* 28., ubi invectæ praxis fundamenta recenſuimus; *& lib. 1. cap. 38. n. 3. & ſeq.* prætermiſſa haud fuere, quæcunque ſpectant ad recitandum Officium, Miſſamque celebrandam in univerſa Eccleſia, quoties res ſit de pueris, formali vel æquipollenti Canonizatione inter Sanctos relatis.

Non ideo tamen formaliter canonizati.

Poſtrema claſſis puerorum eſt, quos in odiū Chriſti occiſos populi pietas beatificari, vel canonizari petit.

§. 21. Poſtremam claſſem illi pueri conſtituunt, quibus in odium Jeſu Chriſti adempta eſt vita, quorumque cultus expetitur per formalem vel æquipollentem Beatificationem; quam denique, quoties nil aliud obſtet, poteſt, ac etiam ſolet conſequi formalis Canonizatio. Superlùs dictum eſt, Romanos Pontifices ſuam auctoritatem in Canonizationibus ſemper interpoſuiſſe, etiam tum cum de ea Canonizatione agebatur, quæ fiebat ex introducto in unam Diœceſim cultu, qui deinde in aliam, & poſtremo in univerſum Orbem propagabatur. Nunc vero addimus, ab Alexandro III. invectam fuiſſe, firmiterque ſtatutam diſciplinam, juxta quam ſolius Romani Pontificis eſt, in peculiari unoquoque loco, & in ſingulis totius Orbis Diœceſibus cultum indulgere, vel approbare. Hujuſce Conſtitutionis fundamenta, rationeſque deprehendere eſt *ex præcitato Noſtro lib. 1. cap. 10. num. 3. & ſeq.*, & ex iis, quæ ibi latiori calamo adducuntur, inferre licet, non ſolum Romani Pontificis præcipuum eſſe, quemadmodum ſemper fuit, cultum in univerſa Eccleſia vel Martyribus, vel Confeſſoribus præcipiendo aſſerere, in quo, uti ſæpe dictum, ſita eſt Canonizatio, verum etiam permittendo, indulgere, ut aliqua in Civitate, vel Diœceſi, cæteriſve definitis locis, religioſo cultu honoretur aliquis Dei Servus Confeſſione, vel Martyrio conſpicuus, qua in re conſtituitur Beatificatio. Ex

Nunc ſolius Romani Pontificis eſt cultus publici conceſſio, Beatificatio, & Canonizatio.

hac

quie de' SS. Innocenti di Betlemme, continuamente ſi eſpongono negli Altari le Reliquie de' fanciulli martirizati per la Fede di Criſto, le Oſſa de' quali ſi eſtraggono dai Cimiterj di Roma colla precedenti ſicure diviſe del martirio. Come ſi è veduto, nel Cimiterio di Gordiano furono ritrovate le Oſſa di un fanciullo Doroteo coll'iſcrizione del nome, e col vaſo di ſangue; e le Ceneri, ed Oſſa del Bambino coll' iſcrizione furono mandate alla Città d' Anagni, per eſſer collocate nella Chieſa de' SS. Coſmo e Damiano, come atteſta il Boldetti *nella ſua citata Opera alla pag.* 344., ove *alla pag.* 345. riferiſce, che nello ſteſſo Cimiterio di Gordiano fu ritrovato il Corpo di Decenzio fanciullo d'anni cinque col nome proprio, e col vaſo di ſangue, e che fu collocato nella Cappella del Roſario della Chieſa di S. Sabina ſu l'Aventino. Se la coſa non foſſe notoria, e quotidiana, ſi potrebbe comodamente fare un elenco d'eſempj delle Reliquie di queſti fanciulli collocate nelle Chieſe; ma non eſſendovi chi non ſia informato di queſta diſciplina, ben volentieri tralaſcieremo il radunare altri eſempj, e conchiuderemo il diſcorſo appartenente a queſta terza claſſe, col dire, che hanno i fanciulli in eſſa annoverati il culto pubblico nelle Chieſe, ove le loro Reliquie ſono collocate, con plenario conſenſo, ed approvazione della Santa Sede; la quale ripone il fondamento della ſua conceſſione ne' ſegni indubitabili del Martirio ritrovati ne' loro Sepolcri; ma che non per queſto può dirſi, ch' eſſi ſiano ſtati formalmente canonizati, prendendo la Canonizazione, come ſi dee prendere, per una ſentenza del Romano Pontefice, che ingiugne per via di precetto il culto nella Chieſa univerſale. Del culto, che ſi preſta alle predette Reliquie, benchè per lo più ſenza l'Officio e Meſſa, ſi è da Noi diſcorſo nella noſtra Opera *de Canonizat. Sanctorum lib. 4. part. 2. cap.* 28. ove ſono ſtati riferiti i fondamenti di queſta pratica; ed *al lib. 1. cap. 38. num. 3. e ſeg.* non ſi è laſciato di riferire quanto riſguarda l'Officio e la Meſſa, da recitarſi e celebrarſi nella Chieſa univerſale, quando ſi diſcorre dei Canonizati con formale, o equipollente Canonizazione.

Non per queſto però ſi poſſon dire canonizati formalmente

§. 21. L'ultima claſſe è di que' Fanciulli, che hanno perduta la vita, levata loro per odio contra Gesù Criſto, il culto de' quali viene promoſſo per la ſtrada conſueta della Beatificazione formale, o equipollente; il termine della quale, quand' altro non oſti, può, ed anche ſuol eſſere la formale Canonizazione. Poc' anzi ſi è detto, eſſer ſempre intervenuta l'autorità Pontificia nelle Canonizazioni, ancor quando eſſe ſi facevano, paſſando il culto, introdotto in una Dioceſi, ſucceſſivamente in un' altra, e così dilatandoſi in tutto il Mondo: ed ora aggiungiamo, che dal Pontefice Aleſſandro III. fu introdotta e ſtabilita la diſciplina, che al ſolo Romano Pontefice appartenga la conceſſione, o ſia approvazione del culto ne' luoghi particolari, ed in qualſivoglia Dioceſi del Mondo. Se ne poſſono vedere i fondamenti, e le ragioni *nel citato noſtro lib. 1. cap. 10. nnm. 3. e ſeg.*, e da quanto ivi è diffuſamente riferito, ſi deduce, che al Romano Pontefice appartiene non ſolo, come è ſempre appartenuto, l'ordinare per via di precetto il culto nella Chieſa univerſale, o ſia ai Martiri, o ſia ai Confeſſori, nel che conſiſte, come più volte ſi è detto, la Canonizazione; ma altresì il concedere per via di poſitiva permiſſione il culto in qualche Città, o Dioceſi, o in alcuni altri luoghi particolari, in onore di qualche Servo di Dio o Confeſſore, o Martire, nel che conſiſte la Beatificazione. Ed a queſta ultima claſſe appartengono

Ultima claſſe de' fanciulli, che uccisi in odio di Criſto, ſi chiede, che ſiano beatificati, o canonizati.

Al ſolo Romano Pontefice appartiene ora la conceſſione del publico culto, Beatificazione, e Canonizazione.

i due

BB. Pueri Andreas Rinnenſis, & Simon Tridentinus, ad hanc poſtremam claſſem ſpectant, ſed dumtaxat æquipollenter Beatificati.

hac autem poſtrema claſſe ſunt duo Beati infantes in odium Fidei interempti, Simon Tridentinus martyrium conſecutus anno 1475. & Andreas Rinnenſis, ſeu Vico Rinnenſi, martyrio ſublatus ſub annum 1462., de quo nunc agimus. Utrumque enim ab hac Sancta Sede, niſi formalem, æquipollentem ſaltem Beatificationem obtinuiſſe, affirmari poteſt, dum, allatis, diſcuſſiſque jam omnibus, quæ erant de martyrio, cauſa martyrii, & fama ſignorum ac miraculorum neceſſario perpendenda, ad Officii Miſſæque conceſſionem in certis quibuſdam locis, deventum eſt. Et quamvis, uti ſuperius diximus, juſſu Gregorii XIII. Pontificis, Beati Simonis nomen in Martyrologium Romanum fuerit illatum, haud tamen contendi poteſt, eumdem propterea fuiſſe canonizatum; eſt namque tutiſſimum æque ac receptiſſimum principium, *annuntiari in Martyrologio nomina, & clariores res geſtas eorum, qui in eo deſcripti ſunt, ut excitentur fideles ad imitationem, & etiam ad cultum, ſed intacta ſemper permanente Eccleſiaſtica diſciplina: ita ut, ſi res ſit de jam Canonizatis, cultus, ad quem excitantur fideles, ſit præceptivus, univerſalis, & publicus; ſi vero agatur de Beatificatis, ſit quidem publicus, ſed tantum permiſſus perſonis, & locis Indulto Beatificationis comprehenſis; ſit autem permiſſus, ſed privatus, quoad alios, qui Indulto comprehenſi non ſunt*: veluti ipſi hiſce conceptis verbis, re mature perpenſa, inveſtigataque praxi per Sanctam Sedem ſervari ſolita, concluſimus in noſtro Opere *de Canonizatione lib. 4. part. 2. cap. 19. num. 16.*

I fanciulli Andrea Rinnenſe, e Simone da Trento appartengono a queſt'ultima claſſe, e ſono equipollentemente Beatificati.

i due Beati Fanciulli uccisi in odio della Fede, Simone di Trento, che ricevè il martirio l'anno 1475., ed Andrea del Pago, o Villaggio Rinnenſe, che ricevè il martirio l'anno 1462., che è quello, di cui oggi ſi tratta: potendoſi dire ambidue già beatificati da queſta Santa Sede con beatificazione, ſe non formale, almeno equipollente; mentre, dopo eſſerſi veduto ciò, che era neceſſario, riſpetto al martirio, alla cauſa del martirio, ed alla fama de' ſegni e de' miracoli, ſi è fatta la conceſſione dell'Officio e della Meſſa in alcuni luoghi particolari. E, ſebbene, come già di ſopra ſi è detto, per ordine del Pontefice Gregorio XIII. fu poſto il nome del Beato Simone nel Martirologio Romano, non può però pretenderſi, ch'eſſo perciò ſia ſtato canonizato; eſſendo maſſima ben fondata e ricevuta, *annuntiati in Martyrologio nomina, & clariores res geſtas eorum, qui in eo deſcripti ſunt, ut excitentur fideles ad imitationem, & etiam ad cultum, ſed intacta ſemper permanente Eccleſiaſtica diſciplina: ita ut, ſi res ſit de jam canonizatis, cultus, ad quem excitantur fideles, ſit præceptivus, univerſalis, & publicus; ſi vero agatur de beatificatis, ſit quidem publicus, ſed tantum permiſſus perſonis & locis Indulto beatificationis comprehenſis; ſit autem permiſſus, ſed privatus, quoad alios, qui Indulto comprehenſi non ſunt*: come da noi con queſte ſteſſe parole, dopo aver diſcuſſa la materia, ed eſaminata la praſſi della Santa Sede, fu conchiuſo nella noſtra Opera *de Canonizatione al lib. 4. part. 2. cap. 19. num. 16.*

Hujuſce cauſæ momentum.

§. 22. Beati Simonis Canonizationem, quamvis Beatorum honores, longe ante Beatum Andream conſecuti, nemo eſt qui promoveat. Inſtantia pro Canonizatione, quæ nunc urgetur, B. Andream reſpicit multo poſt Beatificatum: tota autem diſquiſitio in eo verſatur, num inſtantiæ aditus dari debeat; neque enim inaudita res eſt, juſtis & gravibus de cauſis, ſiſti alicujus Cauſæ curſum, occludique viam ad Canonizationem, etiamſi Beatificatio præceſſerit, quemadmodum perſpicuum faciunt tam multæ Cauſæ, in quibus, poſtquam per formalem, vel æquipollentem Beatificationem Officium & Miſſa conceſſa fuit, nemo extitit umquam, neque deinceps erit, qui ſolemnem petendam cogitet Canonizationem.

Iſpezione della preſente cauſa.

§. 22. Del Beato Simone, benchè beatificato prima del Beato Andrea, non v'è chi parli in odine alla Canonizazione. La petizione per la Canonizazione è promoſſa pe'l Beato Andrea beatificato molto tempo dopo: ed il punto ſi riduce a vedere, ſe debba darſi corſo alla medeſima; non eſſendo coſa inſolita, che per giuſti e rilevanti motivi ſi fermi il corſo d'una Cauſa, e ſe ne impediſca il progreſſo alla Canonizazione, ancor dopo che in eſſa ſi è ottenuta la Beatificazione: come ſi vede in tante e tante Cauſe, nelle quali dopo la conceſſione dell'Officio e della Meſſa, fatta per mezzo della Beatificazione o formale, o equipollente, nè vi è ſtato chi abbia mai penſato, nè vi ſarà chi ſia per penſare a chiedere la formale Canonizazione.

An infantes Martyres canonizari expediat, non eſt perſpicuum.

§. 23. Paucis igitur gradum facimus ad rationes, quæ non ad unam coarctantur Beati Andreæ cauſam, ſed omnes æque afficiunt cauſas Puerorum, quos in ætate boni malive neſcia, odium in Chriſti fidem ſuſtulit, quique cum Martyres ſint, non tamen ſunt *voluntate & opere*, ſed ſolo *opere*, ut ipſis utamur verbis S. Bernardi. Videri enim cuiquam fortaſſe poterit, rectè factum, ſi, omnibus confluentibus conditionibus, proprius Beatorum cultus iis decernatur; at dubitabit, num congruat ulterius progredi, per modum præceptivæ legis cultum ampliando ad univerſam Eccleſiam, quod præcipuum Canonizationis eſt, quamvis etiam, nihil deſideraretur eorum, quæ requiruntur, ut tranſitus fiat a Beatificatione ad Canonizationem.

Non è affatto fuor di dubbio, ſe ſia eſpediente canonizare i fanciulli martirizati.

§. 23. E però brevemente facendo paſſaggio ai motivi, non ſono eſſi riſtretti alla cauſa del Beato Andrea, ma ſono comuni a tutte le cauſe de' Fanciulli, uccisi per odio della Fede di Criſto in quella età, in cui non poſſono diſcernere il bene dal male, e che, eſſendo Martiri, lo ſono, non *voluntate & opere*, ma ſolamente *opere*, per ſervirci del linguaggio di S. Bernardo: potendo taluno credere, che ſia ben fatto il concedere ad eſſi, quando vi ſieno i doνuti requiſiti, il ſolo culto proprio de' beatificati; ma poterſi dubitare, ſe ſia conveniente il paſſare più oltre, eſtendendo per via di precetto il culto alla Chieſa univerſale, come ſi fa nelle Canonizazioni, ancor quando non mancaſſero i ſoliti requiſiti per fare il paſſaggio dalla Beatificazione alla Canonizazione.

Negantis ſententiæ fundamenta.

§. 24. Fundamenta, quibus poteſt iſthæc inniti dubitatio, ſingula ſubnectimus. Primum in eo ſitum eſt, nullum fortaſſe in veteri Canonizationum praxi, aliud offendi exemplum veræ ac propriæ Infantium Canonizationis, præter illud unum Bethleemiticorum Infantium, quandoquidem cætera exempla poſſunt commodè ad Beatificationem referri; atque præterea certum eſſe, extare plane nullum exemplum formalis Canonizationis vel unius horum Puerorum, poſt methodum Sanctæ Sedis auctoritate invectam, confirmatam, ſervatamque in Cauſis pu-

Primum, rei novitas.

Motivi per l'opinione negativa.

§. 24. I fondamenti, che poſſono aſſiſtere a queſt'aſſunto, ſono quelli, che ſieguono. Conſiſte il primo nell'oſſervare, non eſſervi forſe nell'antica praſſi delle Canonizazioni altro eſempio di vera e ſtretta Canonizazione di Fanciulli, che quello degl'Infanti di Betlemme, potendoſi riferire gli altri eſempj alla Beatificazione; ed in oltre eſſer coſa certa, che non v'è eſempio di formale Canonizazione di veruno di queſti Fanciulli dopo il metodo ſtabilito, introdotto, e practicato per ordine della Santa Sede nelle cauſe di pubblico culto, che riſpetto a queſti

Primo, fondato ſu la mancanza di ſimili eſempj.

publici Cultus, qui ſemper quoad hoſce Pueros ſola fuit Beatificatione concluſus. Quod autem per plura ſæcula nullum offendatur exemplum, quamvis ejus inducendi non defuerit occaſio, res eſt magni momenti, quæque negotium jure faceſſat cuilibet novarum rerum minime ſtudioſo.

**Secundum, ne Canonizationes frequentia vileſcant.**

§. 25. Alterum ex ea eſt animadverſione, rem totam hanc in eo verti, quod hi Pueri Martyres ſint, quia pro Chriſto mortem ſubierunt. Id autem ſi generatim loquimur, inficiatur nemo; ideoque libenter datur, ut quoties neceſſaria quæque concurrant, iiſdem Beatificationis cultus decernatur. At ſi recepta probataque eſt regula, non eſſe latam Canonizationibus ſternendam viam, ne vileſcant, quemadmodum & Nos adnotavimus *in noſtro lib. 1. cap. 13. num. 16.*, videtur pertimeſcendum, ne plane hujuſmodi incommodo reſeretur aditus, quotieſcumque ad Canonizazionem admittantur Pueri pro Chriſti Fide mortem perpeſſi, ex eo tantummodo, quod Martyres ſint: Docent quippe Theologi, Martyres eſſe & eos Pueros, qui in bello ſacro, dum oppugnantur urbes, vel ex inſidiis invaduntur arces, cœſi fuerint, uti apertè docet Sotus *in 4. Sent. diſt. 3. quæſt. unic. art.* 11. §. *Secunda propoſitio*, & eos quoque Pueros cenſeri Martyres tradunt, quos Chriſti hoſtes interfecerint, quamvis nondum ex materno ventre eruperint, ſive ſuperſtes maneat Genitrix, ſive cum iis pereat, uti videre eſt apud Theophilum Raynaudum *cit. tom.* 18. *in Opere inſcripto de Martyrio per peſtem par. 2. cap. 2. num.* 8. & latè apud Hurtadum *in reſolutionibus de vero Martyrio tract. 2. reſolut. 20. per tot.* Quidquid autem pronunciatur de Pueris ante uſum rationis in Chriſti odium ſublatis, protendi ad homines adultæ ætatis contenditur, qui rationis ſemper expertes fuerint, ſi & his in odium Fidei ab inimicis Chriſti vita adimatur, hos quippe ſtatuunt Pueris omnino ſimiles. Videatur Cardinalis Capiſucchius in ſuis controverſiis Theologicis, & nominatim in illa de Martyrio *quæſt. 2. §. 4. in fin. Licet in Pueris ante uſum rationis pro Chriſto morientibus non adſit propria ac perſonalis intentio, adeſt tamen intentio Eccleſiæ, quæ in illis mortem pro Chriſto acceptat, eoſque per Martyrium Deo conſecrat &c. Quæ autem de Infantibus ante uſum rationis pro Chriſto occiſis dicta ſunt, intelligenda ſunt etiam de amentibus, qui nunquam rationis uſum habuerunt, ſi contingat, eos in odium Chriſti occidi*: Sententiæ & opiniones hæ quidem ſunt, quæ ſi in praxim deducerentur, Canonizationum ſplendori plurimum poſſent detrahere.

**Tertium, quod in his martyribus nec aureola ſplēdeat, nec geſta imitāda fidelibus proponi poſſint.**

§. 26. Tertium denique fundamentum ſtatuitur in doctrina, quam cum S. Thoma tradunt cæteri quoque Theologi, nimirum, in Paradiſo martyribus eſſe gloriam eſſentialem, quæ dicitur *aurea* eſſe; & præterea eidem adjunctam, ſive accidentalem, gloriam, quæ *aureola* appellatur, ſitam in quodam gaudio, quo perfunduntur, dum animo conſpiciunt partam ſibi ex Mundo victoriam, cum pro Chriſto pugnantes, ultro mortem pro ipſo oppetierunt; cujus quidem aureolæ non æque participes ſunt pueri, qui cum Martyres fuerint, *ſolo* tamen *opere* fuerunt, non *voluntate*: *Innocentes ſicut non pertingunt ad perfectam rationem martyrii, ſed aliquid martyrii habent ex hoc, quod paſſi ſunt pro Chriſto; ita etiam aureolam, non quidem ſecundum perfectam rationem, ſed ſecundum aliquam participationem; in quantum ſcilicet gaudent, ſe in obſequium Chriſti occiſos eſſe; ut dictum eſt de pueris baptizatis, quod habebunt aliquod gaudium*



Fanciulli è ſtato riſtretto alla Beatificazione. Ed il non ritrovarſi eſempio nel corſo di molti ſecoli, ancorchè non ſiano mancate occaſioni di poterlo introdurre, è una circoſtanza di gran rilievo, e che ingombra la teſta a chi non è amico di novità.

**Secondo, ſul timore, che la frequenza non renda meno riſpettabili le Canonizazioni.**

§. 25. Conſiſte il ſecondo nell' oſſervare, ridurſi il tutto all' eſſere queſti Fanciulli Martiri, avendo patita la morte per Criſto. Ne ciò univerſalmente parlando, ſi nega; e perciò volentieri ſi ammette, che concorrendo i neceſſarj requiſiti, diaſi ad eſſi il culto della Beatificazione. Ma, ſe è ſiſtema approvato, che non ſi apra una larga ſtrada alle Canonizazioni per non renderle diſpregevoli, come anche da Noi è ſtato oſſervato *nel noſtro lib. 1. cap. 13. num. 16.*, ſembra poterſi temere, che per appunto ſi apra la ſtrada al temuto inconveniente, ogni qual volta ſi ammettano alla Canonizazione i Fanciulli ucciſi per la Fede di Criſto, per la ragione che ſono Martiri: inſegnando i Teologi, che ſono Martiri ancora que' Fanciulli, che ſono ammazzati nelle guerre di Religione, negli aſſalti delle Città, nelle ſorpreſe delle Piazze, come eſpreſſamente inſegna il Soto *in 4. Sent. diſt. 3. quæſt. unic. art.* 11. §. *Secunda propoſitio*; eſſere in oltre Martiri anche que' Fanciulli, che perdono la vita ucciſi dagl' inimici di Criſto, ancorchè non ſiano uſciti dal ventre della madre, o reſti viva, o muoja con eſſi la predetta loro genitrice, come può vederſi in Teofilo Raynaudo *nel cit. tom.* 18. nell'Opera intitolata *de Martyrio per peſtem part. 2. cap. 2. num.* 8., e diffuſamente nell'Hurtado *in Reſolutionibus de Martyrio tract. 2. reſolut. 20. per totam*: e quanto vien detto de' Fanciulli ammazzatti prima dell' uſo della ragione in odio di Criſto, ſi pretende, che debba eſtenderſi anche agli adulti, che non hanno mai avuto l' uſo della ragione, ſe a queſti vien tolta la vita dagl' inimici di Criſto, e per odio contro la ſua Fede, ſupponendoli ſimili in tutto e per tutto ai Fanciulli. Vedaſi il Cardinale Capiſucchi nelle ſue Controverſie Teologiche, in quella *de Martyrio quæſt. 2. §. 4. in fine: Licet in Pueris ante uſum rationis pro Chriſto morientibus non adſit propria ac perſonalis intentio, adeſt tamen intentio Eccleſiæ, quæ in illis mortem pro Chriſto acceptat, eoſque per Martyrium Deo conſecrat &c. quæ autem de Infantibus ante uſum rationis pro Chriſto occiſis dicta ſunt, intelligenda ſunt etiam de amentibus, qui nunquam rationis uſum habuerunt, ſi contingat, eos in odium Chriſti occidi*: maſſime, e ſentenze, che, ridotte in pratica, poſſono offuſcare il fulgore delle Canonizazioni.

**Terzo, ſu la mancanza dell' aureola, e delle virtù eroiche, da proporſi ad imitare.**

§. 26. Conſiſte il terzo fondamento in ciò, che inſegna S. Tommaſo, e con eſſo ancora gli altri Teologi, cioè, che i Martiri in Paradiſo hanno la gloria eſſenziale, che ſi chiama *aurea*, ed hanno anche la gloria accidentale, che diceſi *aureola*, che conſiſte in una certa allegrezza, che provano, conſiderando la vittoria da eſſi riportata contra il Mondo, combattendo per Criſto, e ſopportando per eſſo volontariamente la morte, della quale aureola non partecipano adeguatamente i Fanciulli, che eſſendo ſtati Martiri, lo ſono ſtati *ſolo opere*, non *voluntate*: *Innocentes ſicut non pertingunt ad perfectam rationem Martyrii, ſed aliquid Martyrii habent ex hoc, quod paſſi ſunt pro Chriſto; ita etiam aureolam, non quidem ſecundum perfectam rationem, ſed ſecundum aliquam participationem; in quantum ſcilicet gaudent, ſe in obſequium Chriſti occiſos eſſe; ut dictum eſt de pueris baptizatis, quod habebunt aliquod gaudium de innocentia, & carnis integritate.* Queſte



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*de innocentia , & carnis integritate.* Sunt hæc S. Thomæ verba *in 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 5. art. 3. quæſt. 2. ad duodecimum.* Ad hæc autem Sancti Doctoris verba ſic pergit Cardinalis Capiſucchius *præcit. loco §. 26. Cum aureola ſit præmium a Deo beatis conceſſum intuitu egregiorum operum , quæ ipſi pro Deo in terris patrarunt ; ac proinde ſit præmium reſpondens operibus ; evidens eſt , ſanctos Innocentes , & alios Parvulos pro Chriſto ante uſum rationis occiſos , aureola non gaudere martyrii.* Cum vero infantes, licet martyres, ob mox expenſam rationem, aureola non gaudeant martyrii , aſſumi id a quopiam fortaſſe poterit , ut tueatur, ſi iis in militanti Eccleſia Beatificationis cultus poteſt competere , haud tamen congruere ; ut alter Canonizationis cultus iiſdem tribuatur ; quandoquidem inter Canonizationis decernendæ cauſas & illa recenſetur , ut Canonizati geſta omnibus per Orbem Catholicis in exemplum proponantur : hujuſmodi autem res geſtæ in pueris pro Chriſto necatis deſiderantur.

*Cur poſtremum hoc non obſtet Bethleemiticis infantibus.*

§. 27. Et quamvis reſpondere quiſquam valeat , nimiam ineſſe vim argumento , cum inde concludatur , ne Bethleemiticos quidem infantes honorem Canonizationis promeritos , cum nec ipſi martyrii aureolam ſint conſecuti ; videtur tamen reſponſio omni plane robore deſtituta, ſi animus advertatur ad eam facti ſpeciem, in qua Bethleemiticis infantibus vita adempta fuit , atque ad vetuſtiſſimam conſtantemque obſervantiam Eccleſiæ , quæ eoſdem tanquam Martyres ſemper eſt venerata. Et profecto, abſque eo quod neceſſe ſit amplecti opinionem Armacani , martyrium Bethleemiticorum infantium ad ſolos circumciſos cohibentis ; quod a cæteris communiter exploditur, uti videre eſt apud Valentiam in ſuo celebri Tractatu *de rebus Fidei cap. 4. de Baptiſmo Parvulorum §. Atque hoc ;* rejectaque etiam ſuperius allata , improbataque ſententia aliorum, qui opinati ſunt acceleratum fuiſſe Bethleemiticis infantibus rationis uſum ; quod aperte improbatur a D. Thoma 22. *quæſt. 124. art. 1. ad primum ;* replicari poſſe videtur , martyres eſſe Bethleemiticos infantes , & horum inſtar Martyres eſſe cæteros etiam , qui antequam iis affulgeat ratio, pro Chriſto intereunt ; at cum illis faveat conſenſus atque doctrina Patrum , & perpetua Eccleſiæ traditio, his vero ſola , licet ceteroquin ſpectabilis , Theologorum opinio , haud mirum videri debere , ſi primis aliquid amplius ſupra ſecundos tribuatur. Videatur Vaſquez *in 3. part. D. Thomæ tom. 2. diſput. 153. quæſt. 68. cap. 7.* ubi, poſtquam firmaverat, Bethleemiticos eſſe verè Martyres , & Martyres quoque eſſe ceteros pueros pro Chriſto occiſos, ita ſubdit : *Porro , quamvis non tam certum ſit , quod diximus de aliis infantibus pro Chriſto occiſis , quàm de illis , qui hac de cauſa ab Herode interfecti ſunt , quia pro interfectis ab Herode , Eccleſiæ traditionem , & doctrinam Patrum pleniorem habemus ; nihilominus indubitatum apud nos eſſe debet* ( id tamen ita certum habendum , ut niſi definitioni Eccleſiæ , communi certe quidem Theologorum opinioni innitatur ) *eamdem rationem eſſe de omnibus , qui poſt adventum Chriſti propter ipſum occiſi ſunt.*

*Aliud diſcrimen profertur.*

§. 28. Eoque magis , quia quæ nunc proponitur quæſtio, non ea eſt, ſi res recte expendatur, an pueri poſt Chriſtum natum ab ejus hoſtibus interempti canonizari poſſint ; verum an id fieri expediat : his autem terminis concluſa quæſtione , non magnopere adlaborandum , ut intelligatur quantum intercedat diſcriminis inter Bethleemiticos infantes, & ceteros omnes, qui poſt ipſos pro Chriſto intereunt.

ſono le parole di S. Tomaſo *in 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 5. art. 3. quæſt. 2. Ad duodecimum.* E coerentemente a queſte parole del Santo Dottore così proſiegue il Cardinale Capiſucchi *nel luogo citato al §. 26. Cum aureola ſit præmium a Deo beatis conceſſum intuitu egregiorum operum , quæ ipſi pro Deo in terris patrarunt , ac proinde ſit præmium reſpondens operibus ; evidens eſt , ſanctos Innocentes , & alios Parvulos pro Chriſto ante uſum rationis occiſos , aureola non gaudere Martyrii.* E non avendo i Fanciulli , benchè Martiri, l'aureola del Martirio per la ragione poc' anzi accennata , ciò tal uno potrà eſſer adottato per ſoſtenere, che, ſe ad eſſi nella Chieſa Militante può competere il culto della Beatificazione , non è ben fatto , che ſi ammettano all' altro della Canonizazione ; annoverandoſi fra i motivi di queſta ancor quello, che le geſta del Canonizato ſervano di eſempio ai fedeli in tutto il Mondo Cattolico , quali geſta mancano nel Fanciullo ammazzato per Criſto.

*Perchè queſt' ultimo motivo non oſti agli infanti di Betleſne.*

§. 27. E quantunque poſſa tal uno riſpondere, che l' argomento prova troppo, provando, che nemmeno gl' Infanti di Betlemme abbiano meritato l' onore della Canonizazione , non avendo nemmeno eſſi ottenuta l' aureola del Martirio ; ſembra però , che la riſpoſta debba perdere tutta la ſua forza , ſe ſi riflette alla circoſtanza, in cui quelli di Betlemme perdettero la vita, ed all' uniforme ed antica divozione della Chieſa, che gli ha ſempre venerati per Martiri. E ſenza inveſtire le opinioni dell' Armacano, che reſtrinſe il martirio de' Fanciulli Betlemitici a que' ſoli , che erano circonciſi, il che vien comunemente rigettato dagli altri, come può vederſi nel Valenza nel ſuo celebre Trattato *de rebus Fidei al cap. 4. de Baptiſmo Parvulorum §. Atque hoc* , e rigettando altresì l' opinione di ſopra riferita, e confutata, d' altri che hanno creduto, eſſere ſtato accelerato ai Betlemitici l' uſo della ragione, il che vien eſpreſſamente impugnato da San Tomaſo 2. 2. *quæſt. 124. art. 1. Ad primum* , ſembra poterſi replicare, eſſere Martiri i Fanciulli di Betlemme , eſſere a loro ſimiglianza Martiri anche gli altri, che avanti l' uſo di ragione muojono per Criſto ; ma che, avendo i primi in loro favore la tradizione e la dottrina de' Padri, e la continuata tradizione della Chieſa , ed avendo i ſecondi a loro favore la ſola benchè riſpettabile opinione de' Teologi, non dee recar maraviglia , ſe ai primi ſi dia qualche coſa di più, che non ſi dà ai ſecondi. Vedaſi il Vaſquez *in 3. part. D. Thomæ tom. 2. diſput. 153. quæſt. 68. cap. 7.* ove , dopo avere ſtabilito, che i Betlemitici ſono veri Martiri , e che Martiri ancora ſono gli altri Fanciulli ammazzati per Criſto , così ſoggiugne: *Porro , quamvis non tam certum ſit , quod diximus de aliis Infantibus pro Chriſto occiſis , quàm de illis , qui hac de cauſa ab Herode interfecti ſunt , quia pro interfectis ab Herode Eccleſiæ traditionem , & doctrinam Patrum pleniorem habemus ; nihilominus indubitatum apud nos eſſe debet* ( intendendo però ciò di quella certezza, che ſe non ha per ſe la definizione della Chieſa, ha però la comune opinione de' Teologi, ) *eamdem rationem eſſe de omnibus , qui poſt adventum Chriſti propter ipſum occiſi ſunt.*

*Altra diverſità cavata dallo ſtato della queſtione.*

§. 28. Tanto più che la preſente queſtione non è, rigoroſamente parlando, ſe i Fanciulli, che dopo la venuta di Criſto ſono ammazzati dai di lui nemici, poſſano canonizarſi, ma ſe ſia eſpediente, che ciò ſi faccia : e, poſto il queſito in queſti termini, non vi vuol molto a comprendere la diſuguaglianza, che paſſa fra gl' Infanti di Betlemme, e tutti gli altri, che muojono dopo di loro, e che perdono la vita per Criſto.

Commendatur iterum diſcuſſio dubii, an ſimiles cauſas proponi expediat.

§. 29. Quæcumque hactenus perſecuti ſumus, videri quoque poſſunt *in Noſtro lib. 1. de Canonizatione cap. 14. & lib. 3. cap. 15. num. 2. & ſeq.* Supereſt modo, ut expendantur omnia, ac cognoſcatur, an deceat, ut cauſæ Beati Andreæ permittendus ſit ad ulteriora progreſſus, an verò conducibilius ſit, ut eum ſervet ſtatum, quem nunc habet, quique idem plane eſt cum eo, in quo Cauſa Beati Simonis conquieſcit. Et quia impoſſibile haud eſt alias huic ſimiles excitari inſtantias, ſollicitudinis tuæ partes erunt, prudentiſque conſilii cæterorum, quos ipſi ad id deſignabimus, indicare, quæ ineunda ratio, cum ſe hujuſmodi obtulerit caſus, qui plerumque proponi conſuevit, de puero aliquo majori hebdomada ab Hebræis in contumeliam Chriſti necato: tales namque ſunt Beati Simonis & Andreæ, nec non bene multorum ex iis, quos Auctores commemorant, puerorum neces. Videri enim cuiquam fortaſſe poterit, quoties placeret cauſis interemptorum hujuſmodi infantium patere aditum, oportere, haſce neces fuiſſe clamoſas, populo cognitas, ab omnibus damnatas, atque a magiſtratibus vindicatas; prætereaque etiam optimum eſſe, quandoquidem res eſt de martyribus *non voluntate & opere, ſed ſolo opere*, ſignorum & miraculorum numerum definire, ac requirere majorem conſtituto ad formalem Canonizationem obtinendam. Litteras haſce Noſtras, Apoſtolicam tibi, Dilecte Fili, Benedictionem impertientes, abſolvimus.

Et ſi videatur, quibus illæ peculiaribus circumſtantiis debeant eſſe inſtructæ.

Dat. 22. Februarii 1755. Pont. 15.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 22. Februarii 1755. Pontificatus Noſtri Anno decimoquinto.

S' inſiſte nuovamente per l' eſame, ſe debbaſi dar corſo a ſimili cauſe.

§. 29. Quanto ſin ora abbiamo eſpoſto, può anche vederſi *nel noſtro lib. 1. de Canonizatione al cap. 14.* e *nel lib. 3. cap. 15. num. 2. e ſeg.* Reſta ora, che il tutto ſi eſamini, e ſi veda, ſe è conveniente, che ſi dia corſo alla Cauſa del Beato Andrea; o ſe è meglio che ſi fermi nello ſtato, in cui è, che è per l' appunto quello ſteſſo in cui ſi ritrova l' altra del Beato Simone. E perchè non è impoſſibile, che ſi riſveglino altre ſimili iſtanze, ſarà proprio della di lei diligenza, e del prudente conſiglio degli altri, che da Noi ſaranno eletti, il ſuggerire il partito, che dovrà prenderſi, quando ſucceda il caſo, che per lo più ſuol eſſere di qualche Fanciullo ammazzato dagli Ebrei nella Settimana Santa in onta di Criſto, tali eſſendo gl' Infanticidj dei Beati Simone, ed Andrea, e d' una gran parte degli altri commemorati dagli Autori: potendo ſembrare a tal uno, che, quando ſi voleſſe laſciar aperta la ſtrada alle cauſe di queſti Infanticidj, dovrebbero queſti eſſere ſtati clamoroſi, noti al popolo, maledetti da tutti, e vendicati dai Magiſtrati; e che anche foſſe bene, giacchè ſi tratta di Martiri *non voluntate & opere, ſed ſolo opere*, l' accreſcere il numero de' ſegni e de' miracoli oltre il ſolito, per ottenere la formale Canonizazione. Terminiamo col darle l' Apoſtolica Benedizione.

Ed in caſo d'affirmativa con quali circoſtanze debbano eſſere qualificate.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 22. Februarii 1755. Pontificatus Noſtri Anno decimoquinto.

Data alli 22. di Febbr. 1755. del Pont. 15.

---

XLV.

Liber Gallice editus, inſcriptuſque: *Principes ſur l' eſſence, la diſtinction, & les limites dec deux puiſſances ſpirituelle, & temporelle, Ouvrage poſthume du Pére la Borde de l' Oratoire*, Decreto Congregationis Univerſalis Inquiſitionis jam damnatus, iterata acriori cenſura proſcribitur, & ſub excommunicationis pœna, legi, aut retineri prohibetur.

*Venerabilibus Fratribus, Primati, Archiepiſcopis, & Epiſcopis Regni Poloniæ.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabiles Fratres, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Pernicioſi opuſculum jam antea ab Univerſali Inquiſitione damnatum.

AD aſſiduas, quibus angimur, curas, ut excitata a nonnullis hujus ſæculi Filiis inter Sacerdotium & Imperium diſſidia compeſcantur, illud acceſſit ſane permoleſtum, quod licet univerſalis noſtræ Inquiſitionis Decreto die 5. Auguſti anni 1753. edito, confixum damnatumque fuerit Opuſculum gallicè editum hoc titulo: *Principes ſur l' eſſence, la diſtinction & les limites des deux puiſſances ſpirituelle, & temporelle, Ouvrage poſthume du Pére la Borde de l' Oratoire*; rurſus tamen idem Opuſculum prodiiſſe, tam Gallico, quam Polonico idiomate impreſſum, lateque in Regionibus, ac Provinciis veſtris per omnium manus pervagari nuper accepimus. Quod quidem vel ob ſolam ignorationem prælaudati Decreti contigiſſe arbitramur, vel quod ſatis explorata atque comperta Vobis non fuerint exitioſa ac perverſa Dogmata, quæ in eo traduntur: alioquin dubitare vix poſſumus de Fraternitatum Veſtrarum zelo, ac vigili ſtudio, quo certe in Fidelium manus non incidiſſet, ſi oculos, judiciumque Veſtrum antea ſubiiſſet.

Parvum, impiumque ſyſtema auctoris jam inde a Joanne XXII. proſcriptum.

§. 1. Eò enim tendere, ac collimare vidiſſetis execrandi fœtus auctorem, ut collatam a Chriſto Domino & Salvatore noſtro Eccleſiæ ſuæ poteſtatem, non ſolum dirigendi per conſilia & ſuaſiones, ſed etiam jubendi per leges, ac devios, contumaceſque exteriore judicio, & ſalubribus pœnis coercendi, atque cogendi, labefactet, convellat, & prorſus eliminet; Eccleſiaſticum miniſterium ita ſæculari dominationi ſubjiciens, ut ad hanc ſpectare pronunciet, de externa omni ac ſenſibili gubernatione cognoſcere ac judicare. Pravum ac pernicioſum ſyſtema, jampridem ab Apoſtolica Sede, præſertim vero a Johanne XXII. Prædeceſſore noſtro, Conſtitutione incipiente: *Licet juxta doctrinam*, reprobatum, ac pro hæretico expreſſe damnatum, fallacibus ratiunculis, fucatis, atque ad Religionem compoſitis verbis, contortiſque Scripturarum, ac Patrum teſtimoniis, impudens Scriptor obtrudit, quo ſimplicibus, & minus cautis facilius imponat. Rem tamen ipſam ad Religionis & Fidei regulas ſedulo accurateque expendenti, facile occurrit principiorum falſitas, eorumque conſecutionum abſurditas; Auctoris demum a veritatis tramite longe aberrantis temeritas, qua propoſitiones obtrudit captioſas, & falſas, impias quoque & erroneas, alias damnatas, & hæreticas, Eccleſiæ vero maxime injurioſas, ejuſque poteſtatis, jurium, & libertatis, quantum in ipſis eſt, prorſus everſivas.

§. 2. Qua-

Nova improbi liberculi cenſura.

§. 2. Quapropter ne latius ſerpat, in Eccleſiæ animarumque perniciem, pravi dogmatis corruptela: Nos, quibus ſanæ doctrinæ cuſtodia, & Sacerdotalis auctoritatis propugnatio præcipue demandata eſt, pro ſollicita, quam gerimus, Eccleſiarum omnium, & Chriſtifidelium cura, Vos maxime, Venerabiles Fratres, monitos hortatoſque volumus, ut procul ab ovibus Veſtris exitialis hujuſce doctrinæ pabulum arceatis. Quod ut nomine quoque Noſtro præſtare valeatis, ſupra deſcriptum Librum quocumque idiomate impreſſum, vulgatum, aut ſcriptum, ſub enunciatis cenſuris rejicimus, reprobamus, damnamus, ejuſque lectionem, retentionem, & uſum, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, etiam ſpecifica, & individua mentione dignis, ſub pœna excommunicationis ipſo facto abſque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, præter quam a Nobis, ſeu a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo conſtitutus, abſolutionis beneficium obtinere valeat, omnino interdicimus ac prohibemus. Volentes, & Apoſtolica auctoritate mandantes, ut quicumque Librum prædictum, aut ejus exemplaria, ſive typis impreſſa, ſive manu deſcripta, penes ſe aliqua habuerint, ea, ſtatim ac præſentes litteræ eis innotuerint, teneantur tradere locorum Ordinariis, qui exemplaria ſic tradita illico flammis aboleri curent.

Monitum ad Epiſcopos Regni Poloniæ.

§. 3. Vos itaque, Venerab. Fratres, conjunctis nobiſcum ſtudiis, Paſtorali zelo, & Sacerdotali conſtantia, vigilate in cuſtodiis veſtris, aſcendentes ex adverſo, atque opponentes murum pro Domo Iſrael, adverſus vaniloquos, & ſeductores, docentes quæ non oportet; qui conſtitutos a Deo civilis poteſtatis fines amplificare, ac tranſilire moliuntur, Eccleſiæ vero jura coarctare, imminuere, atque convellere ſtudent; & Divinis humana miſcentes, Imperium & Sacerdotium ſeditioſe committunt. Creditas vobis oves monete identidem, ut acquieſcant ſanis ſermonibus Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, ſanæ doctrinæ; non intendentes mandatis hominum avertentium ſe a veritate: reddant autem omnibus debita, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei Deo. Interim Vobis, Venerabiles Fratres, ac univerſis Fidelibus regimini veſtro ſubjectis, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Dat. 4. Martii 1755. Pont. an. 15.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die IV. Martii MDCCLV. Pontificatus Noſtri Anno XV.

*D. Cardinalis Paſſioneus.*

---

XLVI.

Olivetanæ Congregationis Privilegia a Prædeceſſoribus Pontificibus, & præſertim a Pio II. conceſſa confirmantur, & ampliantur; novumque ſuperadditur, quo ejuſdem Congregationis Abbatibus indulgetur, ut in die feſto S. Franciſcæ Romanæ, Pontificalibus in Miſſa, reliquiſque Officiis intra Eccleſias Conventuales Regularis Obſervantiæ uti poſſint.

## BENEDICTUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium a munificentia S. Sedis in emeritos de Eccleſia Viros.

CUM ſemper Apoſtolicæ benignitatis, & munificentiæ Noſtræ ſignificationes in eos, qui ſanctioribus Ordinum Regularium inſtitutis addicti, uberes in vinea Domini virtutis, & honeſtatis afferunt fructus, libenter edidimus: tum verò eorum votis, ac precibus animum propenſius intendimus, quum & petitiones æquitati conſonas eſſe, & conceſſiones noſtras ad augendam Dei gloriam, & Sanctorum cultum amplificandum opportunas fore conſpicimus.

Indultis & privilegiis Congregationem Montis Oliveti decorarunt Prædeceſſores Pontifices.

§. 2. Sanè pro parte dilecti Filii Flaminii Gandini Abbatis, & Procuratoris Generalis Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Oliveti nuncupatæ, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod aliàs nonnulli Romani Pontifices Prædeceſſores Noſtri dictæ Congregationi diverſa Privilegia, gratias, favores, & Indulta tum ſpiritualia, tum temporalia conceſſerunt, & præcipue felic. record. Pius Papa II. etiam Prædeceſſor Noſter per ſuas Literas Apoſtolicas ſub datum Petreoli Senenſis Diœceſis Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXII. Tertio Nonas Octobris Pontificatus ſui anno Quinto, inter alias gratias dictæ Congregationi conceſſas, illius Abbatibus, Viſitatoribus, Prioribus, Perſonis, Monaſteriis, Prioratibus, Locis, & Membris, quod ipſi omnibus aliis, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indultis, & gratiis, Congregationi Sanctæ Juſtinæ Paduan. ejuſdem Ordinis, ejuſque Monaſteriis, Prioratibus, Membris, ac Perſonis, & Bonis per prædictos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, tunc ſuos, quomodolibet elargitis, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, uti poſſent, & gaudere, ac ſi illa omnia, & ſingula primodictæ Congregationi ſpecialiter, & expreſsè indulta fuiſſent, conceſſit pariter, & indulſit, prout in dictis Literis plenius continetur. Cum autem ſubinde, juxta temporum ſuccedentium opportunitatem, aliæ conceſſiones, & gratiæ hujuſmodi Congregationi Sanctæ Juſtinæ, Caſſinenſium quoque nuncupatæ, per alios Romanos Pontifices Prædeceſſores quoque Noſtros, attributæ fuerint; pro parte dicti Flaminii Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut gratias eaſdem, favore ſuæ primodictæ Congregationis extendere, ac aliàs eamdem Congregationem, præcipuè ad augendum in illius Eccleſiis Divini Servitii cultum, aliqua beneficentiæ Noſtræ prærogativa decorare, ut infra, dignaremur.

Et præſertim Pius II., qui privilegia Congregationi S. Juſtinæ Paduan. illò uſque conceſſa eidem communicavit.

Confirmat primo Pontifex vetera indulta non revocata, uſu recepta, nec Tridentino contraria.

§. 3. Nos igitur, firma ſpe, fiduciaque concepta, eamdem Congregationem, quo amplioribus gratiis, & favoribus ab Apoſtolica Sede cumulari pergat, eò majores pietatis, obedientiæ, & obſequii erga Nos, & eamdem Apoſtolicam Sedem, aliarumque virtutum, & ſcientiarum fructus edituram fore, hujuſmodi ſupplicationibus annuere, & dicto Flaminio ſpecialem gratiam

facere volentes, eumdemque Flaminium a quibuſvis excommunicationis &c. abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia & ſingula privilegia, gratias, immunitates, exemptiones, præeminentias, & indulta a prædictis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris ejuſdem primodictæ Congregationis Abbatibus, etiam Generali, Prioribus, & Monachis, necnon Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Domibus, & Locis Regularibus conceſſa, & elargita, eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, dummodo tamen ſint in uſu, & non revocata, nec ſub aliqua revocatione comprehenſa, Conſtitutionibus quoque Apoſtolicis, & Concilii Tridentini Decretis non adverſentur, harum ſerie confirmamus, & approbamus, illiſque Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Inde Pianas litteras ad gratias protendit poſt Pium ad hæc uſque tempora univerſo Ordini S. Benedicti, & præſertim Congregationi Caſſinenſi, & S. Juſtinæ conceſſas.

§. 4. Ac præterea eidem primodictæ Congregationi, illiuſque Abbatibus, Prioribus, & Monachis, necnon Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Domibus, & Locis Regularibus quibuſcumque, ut ipſi, & ipſa, omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, exemptionibus, immunitatibus, conceſſionibus, & indultis, aliis dicti Ordinis Sancti Benedicti, & præcipuè Congregationi Sanctæ Juſtinæ, ſeu Caſſinenſi prædictæ, earumque Abbatibus, Prioribus, & Monachis, necnon Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Domibus, & Locis Regularibus, a Prædeceſſoribus Noſtris prædictis, ſignanter poſt præfatas dicti Pii Prædeceſſoris Literas, ſive communiter omnibus, ſive earum ſingulis non tamen ex peculiaribus cauſis, & titulis, in hunc uſque diem, ac etiam per Nos, conceſſis, & elargitis, ac quibus præfata Caſſinen., aliæque dicti Ordinis Congregationes legitimè utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, perindè acſi privilegia, gratiæ, exemptiones, immunitates, conceſſiones, & indulta hujuſmodi, Congregationi primodictæ, illiuſque Abbatibus, Prioribus, & Monachis, ac Monaſteriis, Prioratibus, & Eccleſiis, Domibus, & Locis prædictis directè, & non per medium communicationis hujuſmodi, conceſſa, & conceſſæ fuiſſent, auctoritate, & tenore præfatis concedimus, & indulgemus, ac privilegia, gratias, exemptiones, immunitates, conceſſiones, & indulta hujuſmodi ad Congregationem primodictam extendimus, & ampliamus.

Ob ſingularem univerſæ Congregationis devotionem erga S. Franciſcam Romanam.

§. 5. Porro attendentes eamdem Congregationem erga Sanctam Franciſcam Romanam nuncupatam, ſui olim, dum in humanis ageret, Inſtituti Oblatam, aliarumque ſimilium Oblatarum in Urbe Matrem, & Fundatricem, ſpecialis devotionis ſtudium ſemper profeſſam fuiſſe, & profiteri, illiuſque cultum per ipſius Congregationis Profeſſores, in Locis præcipuè, ubi Monaſteria ejuſdem Congregationis extant, propagatum fuiſſe, itaut in ſingulis ferè eorum Eccleſiis Altare aliquod Omnipotenti Deo in honorem dictæ Sanctæ dicatum reperiatur, ipſaque Congregatio, præter Beatum Bernardum Tholomei Fundatorem ſuum, dictam Sanctam Franciſcam in ſpecialem Protectricem agnoſcat; ad augendum dictæ Sanctæ Franciſcæ cultum, ac illius Feſti diei celebritatem, ut in ſingulis Eccleſiis Conventualibus primodictæ Congregationis Monaſteriorum, in quibus Clauſtralis vigeat obſervantia, dilecti Filii moderni, & pro tempore exiſtentes dictorum Monaſteriorum Abbates, die Feſto dictæ Sanctæ Franciſcæ, Miſſam ſolemnem, & Divina Officia, aſſiſtentibus ſibi uno ſaltem Diacono, & alio Subdiacono, alioque Pluviali induto, aliiſque Clericis, Pontificaliter, & more Epiſcoporum, præter tres alios dies, juxta Canonica Decreta præfinitos, ſervatis tamen aliàs, tam Literarum in forma Brevis Urbani VIII. incipien. *Exponi* ſub datum Romæ ſub Annulo Piſcatoris die v. Aprilis MDCXXIX. expeditis, quàm generalis Decreti Alexandri VII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum die XXVII. Septembris MDCLIX. editi, reſpectivè forma, & diſpoſitione, & non aliàs, celebrare liberè, & licitè poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate prædicta, harum quoque ſerie etiam concedimus, & indulgemus: Iiſdemque modernis, & pro tempore exiſtentibus primodictæ Congregationis Abbatibus plenam, & liberam poteſtatem, & auctoritatem deſuper impertimur.

Ut Sacra ipſi die in Clauſtralibus Eccleſiis Miſſam, divinaque Officia Abbates Pontificaliter celebrare poſſint, ſub certis modis indulget.

Firmantur ſuperius ſtatuta.

§. 6. Eoſdemque modernos, & pro tempore exiſtentes dictæ Congregationis Abbates, Monachos, & Perſonas ſuper præmiſſis, aut eorum aliquo, a quibuſvis Locorum Ordinariis, vel aliorum Ordinum, & Congregationum Abbatibus, aut aliis quibuſcumque, quavis auctoritate, & quovis prætextu, colore, vel ingenio, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, moleſtari, inquietari, aut perturbari ullo unquam tempore nullatenus poſſe, neque debere: Præſentes quoque Literas de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ defectu minimè notari, nec ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis Diſpoſitionibus, per quaſcumque Regulas, & Conſtitutiones Apoſtolicas per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, etiam Motu proprio, ac aliàs ſub quibuſvis tenoribus, & formis pro tempore factis, & faciendis, & conceſſis, ac concedendis, comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi, ac illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: Sicque, & non aliàs per quoſcumque Judices, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæ Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere decernimus; irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur contrariis quibuſcumque.

§. 7. Non obſtantibus prædictis Urbani Literis, & Alexandri Prædeceſſorum prædictorum Decretis in ea parte, qua præſentibus adverſantur, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis, ſeu in Synodalibus, Provincialibus, Generalibuſque Conciliis editis, vel edendis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon primodictorum Ordinis, & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis dicto Ordini, & Congregationi primodictæ, ac quibuſvis aliis Superioribus, & Perſonis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium præmiſſorum, quomodolibet forſan conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat latiſſimè, & pleniſſimè, ac ſpecialiter, & expresſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§. 8. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam Noſtræ abſolutionis, confirmationis,

approbationis, conceſſionis, Indulti, extenſionis, ampliationis, decreti, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire : Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. 1. Aprilis 1755. Pontif. ann. 15.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo quinto, Kalendis Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quintodecimo.

*D. Card. Paſſioneus.*

*J. Card. Pro-Datar.*

VISA

De Curia J. C. Boſchi.

L. Eugenius.

Loco ✝ Plumbi.

*Regiſtrata in Secretaria Brevium.*

---

XLVII.

Confirmatur Reſolutio Congregationis deputatæ ſuper correctione librorum Eccleſiæ Orientalis, ſuper abbreviatione Officii, & Miſſæ pro Monachis Ordinis S. Baſilii.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

### *Ad futuram rei memoriam.*

Ad debitum Deo cultum exhibendum, & canonicas horas recitari, & Sacrificium offerri quotidie voluit Eccleſia.

QUEM religionis ſenſum natura Nobis indidit, ut non ſolum laudemus, celebremus, & glorificemus jugiter Dominum omnium conditorem, propter quod rationales facti ſumus, & a brutis differimus; verum etiam ut oblationibus & ſacrificiis placemus Deum noſtrum, ac ſcelera noſtra expiemus; ad eumdem tam in veteri Teſtamento, quàm in Catholica JESU CHRISTI Eccleſia alendum, fovendum, adaugendumque in primis ſtudia omnia intenta fuerunt. Quoniam autem JESUS CHRISTUS verus Deus, veruſque homo, Mediator Dei & hominum, Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ceſſante carnalium ſacrificiorum varietate, omnes differentias hoſtiarum una Corporis & Sanguinis ſui implet oblatione; &, quomodo adorare Patrem ſuum in ſpiritu & veritate, ipſumque orare & laudare docuit, exemplumque præbuit; Sancti Apoſtoli ab eo Magiſtro inſtructi, ac per ipſos Catholica Eccleſia Spiritu Sancto inſpirante edocta, & Officium Canonicarum Horarum, debita cum rituum, cæremoniarumque magnificentia, Deo quotidie perſolvendum digeſſit; & Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, in quo nimirum Agnus Dei in odorem ſuavitatis Deo jugiter a Sacerdotibus immolatur, & panem de cœlo verum comedimus, cum ritibus pariter, cæremoniis, & precibus, quotidie in Eccleſiis peragendum mandavit. Utrumque vero Officium ſcilicet & Sacrificium, ut Omnipotenti Deo eſſet magis gratum & acceptabile, diverſæ, variæque, quoad ſacras preces, ritus, & cæremonias, initæ fuerunt rationes, juxta diverſas, variaſque nationes, & religioſorum hominum Ordines, atque Inſtituta tum Occidentalis, tum Orientalis Eccleſiæ, quæ ſecundum acceptum a majoribus cujuſque morem & conſuetudinem, etſi pro temporum vicibus aliquando variatam, in unitate tamen Catholicæ Fidei, doctrinæque perſtantem, quamplurima pro libito & pietate addere ſtuduerunt. Apoſtolica autem hæc Sancta Romana Sedes nihil habuit antiquius, nihil curavit impenſius, quàm ut cum de utroque nempe Officio & Sacrificio ab ipſa aliquid exquiſitum fuit, quoad fieri poſſet, brevitati ac ſinceræ pietati, ſervatis ſervandis, conſuleretur; ne quamplurimi ex Chriſtifidelibus, ſive recitantibus, ſive celebrantibus, ſive audientibus Officium, vel Miſſam infirmiores, tum propter prolixitatem, tum propter linguæ ignorationem tædio affecti, quam inde percipere ſolebant, Spiritus pinguedinem & ſuavitatem averſari inciperent.

In variis diverſarum gentium cæremoniis eadem ſemper unitas fidei.

Eccleſia Romana humanæ fragilitati parcens, ſemper ſtuduit brevitati.

Preces Procuratoris Generalis Ordinis S. Baſilii, ut brevior Miſſa, & Officium pro ſua Congregatione redderetur.

§. 2. Porro cum Dilectus Filius Auguſtinus Sciommari Monachus & Abbas Ordinis Sancti Baſilii, ejuſque modernus in hac Alma Urbe noſtra Procurator Generalis, nomine totius ſuæ Congregationis, Nobis ſupplices preces humiliter porrigendas fecerit, ut dignaremur abbreviare Miſſam & Officium Divinum, pro quibus recitandis, ac celebrandis adeo longum tempus inſumendum eſt, ut id vix ob humanam infirmitatem ſine tædio aliquo peragi poſſit, & modicum eis temporis ſpatium ſupereſt, quo operam ſacrarum literarum ſtudiis dare valeant : Nos ſanè preces hujuſmodi remiſimus ad Dilectum Filium noſtrum Fortunatum Tituli Sancti Calixti Presbyterum S. R. E. Cardinalem Tamburinum nuncupatum, Congregationi Particulari ſuper correctione Librorum Eccleſiæ Orientalis deputatæ Præfectum, ut eas eidem Congregationi expendendas, atque examinandas proponeret.

Reſcriptum Congregationis deputatæ ſuper correctione Librorum Ecceleſiæ Orientalis, cui fuerunt remiſſæ preces, quoad abbreviationem Officii.

§. 3. Itaque dicta Congregatio habita die VII. Maii, & XIII. Auguſti MDCCLII. reſcripſit, indulgeri poſſe, ut abbreviatio Officii ferialis extra Quadrageſimam fiat juxta modum infra deſignatum, nempe quoad abbreviationem Matutini diebus ferialibus, præter Quadrageſimam, retineatur integrum Cathiſma : Omittatur Expſalmon, ſed quotidie unus ex Pſalmis in eo comprehenſis ex ordine recitetur. Die autem Dominico integrum Exapſalmon dicatur, & quatuor Pſalmi, qui notantur in Horologio Baſilianorum pagina 42. Aliis vero diebus non ferialibus ſervetur Typicus ſolitus uſque ad primum Canonem excluſivè : Canon Sancti ad Triodium redigatur, nempe prima, octava, & nona Ode recitetur : Poſtea dicatur Canon Feriæ, ſed tria tantum Troparia ſingularum Odarum, ſcilicet primum, quod ad Feriam; alterum quod ad Sanctos Martyres; ultimum quod ad Beatam Virginem pertinet : Poſt tertiam Odem, ſolitæ Cathiſmæ, ſeu Antiphonæ : Poſt ſextam, conſuetum Conthacion, ſeu Icon; deinde Synaxarium Sancti : Poſt octavam Odem Pſalmus *Magnificat*, & ſolita Exapoſtillaria, & reliqua juxta Typicum. Quoad abbreviationem Veſperarum, ex ſex Antiphonis, ſeu Stichis, quatuor tantum dicantur; deinde : *Gloria*, & hymnus : *Lumen hilare*, verſiculi; & prophetiæ, aut lectiones e Scriptura, quando occurrunt : Poſt Orationem : *Dignare*, omittantur Antiphonæ : Deinde dicatur Pſalmus : *Nunc dimittis* : reliqua autem omnia, de quibus nihil adnotatur, juxta ſolitum. Quoad abbreviationem Completorii : Canon redigatur ad Triodium, & in ejus recitatione intermiſceantur de more Oratio Dominica, Antiphona, & Synaxarium, quando oportet : Deinde Pſalmus : *Magnificat*, & reliqua omnia de more, ut in Horologio.

Alterum ejuſdem Congregationis reſcriptum quoad abbreviationem Miſſæ privatæ.

§. 4. Poſtea tractatum eſt de abbreviatione Miſſæ privatæ, & eadem Congregatio cenſuit permitti poſſe in hunc modum -- Facta præparatione materiæ de more in Altari, cum ſolitis Orationibus, Miſſa privata incipiatur a verbis illis. Ευλογημένη ἡ βασιλεία *&c. Benedictum Regnum &c.* cætera, quæ præcedunt, recitentur a Sacerdote, vel in Sacrario, vel dum pergit ad Altare. Magnam Synaptim, ſeu Collectam eſſe retinendam. Retineantur quoque Orationes primi, ſecundi, & tertii Antiphoni, una cum exclamationibus, & cum ipſis Antiphonis. Minor autem

Collecta, ſeu Pacifica, quæ incipiunt: Ἔτι καὶ ἔτι, &c. *etiam atque etiam in pace*, omittantur. Oratio ingreſſus Evangelii omittatur. Retinendum Triſagium cum Oratione. Supplicatio, quæ incipit; Εἴπωμεν πάντες &c. *Dicamus omnes* &c. retinenda; ſed eo modo, quo ſequitur, nempe omiſſis, quæ leguntur poſt verba illa: Κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου δεόμεθά σου ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον: *Secundum magnam miſericordiam tuam exaudi & miſerere* uſque ad Orationem extenſæ ſupplicationis, quæ incipit: Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν &c. *Domine Deus noſter* &c. Deinde omittantur, quæ ſequuntur poſt verba illa: Πλούσιον ἔλεος, *Divitem miſericordiam* uſque ad exclamationem: Ὅτι ἐλεήμων &c. *Quoniam miſericors* &c. Preces atque Oratio pro Catechumenis omittantur. Hymnus Cherubicus cum Oratione retineatur. Oratio Κύριε ὁ Θεὸς &c. *Domine Deus Omnipotens*, retineatur, omiſſis verbis, quæ ſequuntur: τῇ σῇ χάριτι &c. *gratia tua*, uſque ad διὰ τῶν οἰκτιρμῶν, *per miſerationes* &c. Symbolum quotidie more Græcorum recitandum, exceptis Miſſis, ut vocant, pro Defunctis. Troparia, ſeu Theotocion in fine Miſſæ omittantur. Reliqua omnia retineantur.

**Nonnullæ peculiares abbreviationes quoad Officium Quadrageſimæ.**

§. 5. Demum in Congregatione diei 16. Septembris 1753. inter cætera propoſitum eſt: An Patribus Baſilianis indulgendum ſit, ut in Officio Quadrageſimæ omittant Cathiſma Pſalterii ad horam tertiam, & ad horam nonam? Et inſuper, ut magnum Completorium in Quadrageſima uno tantum die cujuſque hebdomadæ in ſuis Eccleſiis dicant, aliis vero diebus omittant, dicantque ſolum parvum Completorium? Et reſcribere placuit: Quoad primam partem, omitti poſſe, Cathiſma ad horam nonam tantum, dummodo recitatio integri Pſalterii in tota hebdomada compleatur: Quoad ſecundam partem, magnum Completorium retineatur feria ſecunda, & quarta. Hæc tamen & alia in ſuperioribus Congregationibus definita pro Patribus Baſilianis, intelligantur Monaſterium Medijuſſi non comprehendere, cui ſuos veteres ritus, mores, atque inſtituta in fundatione præſcripta, juxta Apoſtolicas Conſtitutiones, retinere, ac ſervare præcipitur.

**Monaſterium Medijuſſi his definitionibus non comprehenditur.**

**Pontifex, quibuſdam immutatis, in reliquis approbat ſententiam Congregationis.**

§. 6. Facta autem Nobis per Dilectum Filium Magiſtrum Nicolaum Antonellum in utraque Signatura noſtra Referendarium Prælatum noſtrum Domeſticum & dictæ Congregationis Particularis Secretarium hujuſmodi relatione, mandavimus, ut recitatio Cathiſmatum Pſalterii ſingulis diebus ferialibus extra tempus Quadrageſimæ facienda ita aptetur, ac diſtribuatur, ut ſaltem in duabus hebdomadis integrum integrum Pſalterium recitetur: Quoad abbreviationem verò Miſſæ, ut Symbolum in omnibus Miſſis, etiam in iis, quas ipſi pro Defunctis vocant, more Græcorum recitetur. Cætera verò benignè approbavimus die 24. Auguſti elapſo anno 1754.

**Apoſtolicæ auctoritatis robur adjicitur.**

§. 7. Verum ut præinſerta omnia firmius ſubſiſtant, ac ſerventur exactius; Nos, qui memoratum Ordinem Sancti Baſilii, & potiſſimum Congregationem ſub ejuſdem Sancti Baſilii auſpiciis & Ordine militantem, & in Occidentali Catholica Eccleſia religioſis virtutibus, eximiis Orthodoxarum adverſus ſchiſmaticos doctrinarum, diſciplinarumque ſtudiis, & exemplis florentem, plurimi facimus, magnoque in honore, ac pretio habemus, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, omnia & ſingula præinſerta approbamus & confirmamus, illaque perpetuo Apoſtolicæ firmitatis robore munimus, atque inſimul auctoritate & tenore paribus mandamus omnibus & ſingulis Superioribus Generalibus, Provincialibus, Prioribus, ac Monachis dictæ Congregationis & Ordinis, in virtute ſanctæ obedientiæ, ut deinceps, prout præmittitur, & non aliter, ipſi ſervent, & ab aliis ſibi ſubditis ſervari faciant & curent & præcipiant; ſalva tamen ſemper in præmiſſis ejuſdem Congregationis Particularis ſuper correctione Librorum Orientalium deputatæ auctoritate.

**Clauſulæ cum derogatione contrariis.**

§. 8. Decernentes, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac Monachis ſæpe memorati Ordinis & Congregationis in omnibus & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ita ab eis reſpective inviolabiliter obſervari debere; ſicque, & non aliter, in præmiſſis, per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales & eorumdem Cardinalium Congregationes, nec non Apoſtolicæ Sedis Nuncios, & quoſvis alios quacumque præeminentia & poteſtate fungentes & functuros, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, dictique Ordinis & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, & quibuſcumque aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus pro hac vice tantum, ad præmiſſorum effectum, derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

**Fides tranſumptis habenda.**

§. 9. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu Abbatis Generalis, vel Generalis Procuratoris pro tempore exiſtentium ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Ordinis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

**Dat. 17. Maji 1755. Pont. XV.**

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die XVII. Maji MDCCLV. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquinto.

*Cajetanus Amatus.*

Epiſtola

XLVIII.

Epiſtola Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti Papæ XIV. ad Reverendiſſimum Dominum Vincentium Card. Malvetium Bononienſem Archiepiſcopum, de S. Philocali Martyris Corpore.

*Dilecto Filio Noſtro Cardinali Vincentio Malvetio Bononiæ Archiepiſcopo.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili Noſter, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Sororis Imeldæ de Lambertinis pia vota pro alicujus Sancti Corpore obtinendo, collocandoque in interiore Monaſterii Eccleſia.

SOROR Imelda de Lambertinis Monialis Profeſſa in iſto S. Mariæ Novæ Monaſterio, utpote Filia Noſtri quondam Fratris Joannis Lambertini Senatoris, Noſtra etiam Neptis eſt ſecundum carnem ut Pontificio dicendi genere utamur. Ea cum a Nobis, ex religioſo animi ſtudio poſtulaſſet, ut alicujus Sancti Corpore in interiori Monaſterii ſui Eccleſia collocando donaretur, haudquaquam reſpondimus perinde, ut duo ex Prædeceſſoribus Noſtris Gregorius IV., & Clemens itidem IV. reſponderunt, ſe videlicet non habere, unde piis hujuſmodi precibus ſatisfacerent. Tunc enim Romæ non omnia ſacra Cœmeteria fuerant detecta, quæ deinceps alia aliis temporibus detecta ſunt; quemadmodum Ipſi Nos poſt celeberrimum Virum Joannem Mabillonium animadvertimus in Noſtro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib.* 4. *part.* 2. *cap.* 27. *num.* 11. *&* 12. Sed cum feliciter accidiſſet, ut nonnullæ apud Cuſtodes haberentur inſignes Reliquiæ, nonnullaque Sanctorum Corpora ex Cœmeteriis, ſeu Catacumbis prædictis eruta, unum ſelegimus quod in Urna ſacra ſigillis clauſa honorifice, ut par eſt, reconditum, & non ſine multa diligentia cuſtoditum, Bononiam tranſmitti juſſimus, ut in prædicta Eccleſia decenter reponeretur; quam quidem Urnam ad hunc finem in tuas manus prius deferendam curavimus, ut tu eam poſtquam receperis, ad præfatum Monaſterium mittas cum debita veneratione; ſimulque præeſſe velis, quando eadem in loco ſibi deſtinato collocabitur. Cultus enim ſacrarum Reliquiarum una eſt ex Paſtoralibus curis, quas Sacra Tridentina Synodus Epiſcoporum ſolertiæ vult eſſe commendatas. Cum tu cætera Paſtoralis officii munera diligentiſſime adimpleas, id quod Nobis eſt maximæ cauſa lætitiæ, non dubitamus, quin idem facturus ſis in hac quoque re, quam nunc tuæ ſedulitati committimus. Ut autem ea, quæ de hoc Sancto Corpore ſciri potuerunt, omnia comperta habeas, ne tibi grave ſit legendo percurrere, quas contigit Nobis in hoc argumento ſive conjecturis, ſive librorum ſtudio notitias coadunare.

Uno Bononiam tranſmiſſo ad Cardinalem Archiepiſcopū, eidem pro eo collocando cura demandatur.

Cœmeterium, ex quo illud erutum fuit.

§. 2. Sanctum Corpus, quod iſthuc tranſmittimus, erutum fuit ex antiquo Pontiani Cœmeterio foris Portuenſem Portam quingentis circiter paſſibus procul ab Urbe, quod alio nomine appellatur nunc Cœmeterium *SS. Abdon, & Sennen*, nunc vero etiam *ad Urſum Pileatum* propter quamdam Urſi Statuam ibidem olim erectam. De hujus porro Cœmeterii ſive antiquitate, ſive religioſo cultu, agunt ſatis ſuperque tum celebris vir Paulus Aringhius *in ſua Roma ſubterranea Tom* 1. *lib.* 2. *cap.* 19., tum diligentiſſimus Canonicus Marcus Antonius Boldettus in ſuo Opere, cui titulus: *Oſſervazioni ſopra i Cimiterj de' SS. Martiri, e d' altri Antichi Criſtiani, Tom.* 2. *pag.* 540. Cum autem ſacrum Corpus, de quo ſermo eſt, repertum ſit cum Vaſe ſanguine reſperſo, nihil certius deſiderari poteſt, ut, juxta rigidioris Criticæ leges vel ſeveriſſimas, tuto

Vas Sanguine reſperſum una ſimul repertum, ex quo indubia martyrii nota.

affir-

Lettera della Santita' di Noſtro Signore Benedetto Papa XIV. al Signor Cardinal Vincenzo Malvezzi Arciveſcovo di Bologna, ſopra il Corpo di San Filocalo Martire.

*Dilecto Filio Noſtro Cardinali Vincentio Malvetio Bononiæ Archiepiſcopo.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili Noſter, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Pio deſiderio di Suor Imelda Lambertini di ottenere un Corpo Santo; affin di ſituarlo nella interior Chieſa del ſuo Monaſtero.

LA Madre Suor Imelda Lambertini Monaca Profeſſa in codeſto Monaſtero di Santa Maria Nuova, come figlia del fu Senatore Giovanni Lambertini Noſtro Fratello, e Noſtra Nipote *ſecundum carnem*, uſando il linguaggio Pontificio. Avendoci eſſa fatta una divota premura per avere un Corpo Santo da collocare nella Chieſa interiore del ſuo Monaſtero, non le abbiamo riſpoſto, come riſpoſero i due Noſtri Predeceſſori Gregorio IV., e Clemente IV., che non avevano il modo di compiacere ſimili richieſte; imperocchè nel tempo loro non erano ſcoperti tutti i Sacri Cimiterj, o ſiano Catacombe, che dipoi ſi ſono andate ſcoprendo; come dopo il celebre Padre Mabillon, è ſtato da Noi oſſervato nella Noſtra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib.* 4. *part.* 2. *cap.* 27. *num.* 11. e 12. Ma eſſendoſi per buona ſorte ritrovate appreſſo i Cuſtodi alcune inſigni Reliquie, ed alcuni Corpi eſtratti dai Luoghi predetti, ne abbiamo ſcelto uno, che abbiamo fatto rinchiudere in una Sacra Urna, che mandiamo ben cuſtodita a Bologna, acciò ſia decentemente collocata nella predetta Chieſa. L'indrizziamo a Lei, acciò abbia la bontà di riceverla, e di traſmetterla colla dovuta decenza al Monaſtero, pregandola anche ad aſſiſtere alla collocazione della ſteſſa nel luogo, che ſarà preparato, eſſendo la decente collocazione delle Reliquie una parte delle Paſtorali ſollecitudini impoſta dal ſacro Concilio di Trento al Veſcovo. Siamo ſicuri, che adempiendo Ella con tanta eſattezza le altre cure Paſtorali, il che è di una noſtra grandiſſima conſolazione, non laſcierà di fare lo ſteſſo in quella, che ora le commettiamo. Ed acciò non le manchi veruna notizia di quanto appartiene al Corpo Santo, che traſmettiamo, avrà la ſofferenza di leggere quanto in queſto propoſito abbiamo potuto conſiderare, e radunare.

Traſmeſſone uno a Bologna da Sua Santità al Cardinale Arciveſcovo, al medeſimo s' ingiunge la cura di collocarlo.

Cemeterio dal quale è ſtato cavato il Corpo ſudetto.

§. 2. Il Corpo Santo, che traſmettiamo, è ſtato eſtratto da un Cimiterio, che è fuori di Porta Porteſe un mezzo miglio circa, e che è l' antico Cimiterio detto di Ponziano, altre volte anche chiamato Cimiterio *SS. Abdon & Sennen*, ed altre volte *ad Urſum Pileatum* per la Statua di un Orſo ivi collocata. Quanto all' antichità, e venerazione di queſto Cimiterio, baſta vedere il celebre Paolo Arringhi *nella ſua Roma Sotterranea al tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19., ed anche il diligente Canonico Marco Antonio Boldetti *nelle Oſſervazioni ſopra i Cimiterj de' Santi Martiri, e d' altri antichi Criſtiani di Roma al Tom.* 2. *pag.* 540. Ed eſſendoſi ritrovato il ſacro Corpo, che traſmettiamo, col Vaſo tinto di ſangue, non v' è coſa più certa, anche aderendo al parere de' Critici più ſeveri, per poter ſicuramente aſſerire, che il Corpo, o ſiano

le

affi mari queat, Corpus hoc, ſive Oſſa, procul dubio eſſe Corpus, atque Oſſa unius alicujus, qui pro Chriſti Fide Martyrium paſſus eſt: de qua re uberius & fuſius diſſeruimus tum in citato Opere Noſtro *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. a num. 22. uſque ad finem;* tum etiam in Epiſtola Bononiæ typis edita, quam 12. Kal. Maii anno 1745. ad iſtius Eccleſiæ Metropolitanæ Capitulum dedimus, ſimul cum S. Proci Corpore, quod in S. Thraſonis Cœmeterio repertum fuerat.

le Oſſa, ſieno il Corpo, e le Oſſa di uno, che per la Fede di Criſto ha ſopportato il Martirio. Di tutto ciò ſi è da Noi diffuſamente trattato nella citata Noſtra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. dal num. 22. ſino ad fine*, ed anche nella Noſtra Lettera dei 20. di Aprili 1745. ſtampata in Bologna, ed indirizzata al Capitolo di codeſta Metropolitana, quando traſmettemmo il Corpo di S. Proco, ritrovato in queſto Cimiterio di San Traſone.

Quæritur num *Philocalus*, quod huic Sancto Corpori nomen eſt, appellativum ſit, an vere proprium.

§. 3. Nomen huic Sancto *Philocalus* eſt, quod perinde ſonat atque amans pulchri, non quidem in eo ſenſu, quatenus pulchrum apud Latinos idem eſt ac formoſum, ſed quatenus pro decoro ſæpe explicatur apud eoſdem, & indecoro ſeu turpi contrarium eſt. Atque hinc fortaſſe quis dubitare queat, utrum *Philocali* nomen ſit huic Sancto proprium, an potius appellativum. Sanctis enim Corporibus, quæ a Catacumbis extrahuntur, ſolet interdum nomen aliquod appellativum imponi, *Juſti* videlicet, *Candidi*, *Victoris*, & ſimilium. Nos non ignoramus laudabilem hujuſmodi conſuetudinem. Nos de illa egimus *in ſupradicto capite 27. & ſeq.* Nos adverſariorum oppoſitionibus ſatisfecimus, qui falſo criminabanrur id legitimo Sanctorum culti obeſſe, & magno pietati ac Religioni detrimento eſſe; Nos ſuperius allatam hujus vocis *Philocalus* explicationem ultro recipimus: *Erat autem illis in diebus archimedicus regionis Hollandrinorum, vir Philocalus, ac devotorum pauperum zelator magnus, nomine Godefridus, cognomine Sonder-dank*: ut habetur in Vita S. Liduinæ a Bollandianis edita *Tom. 2. Aprilis, die* 14. nihilo tamen minus affirmare omni cum veritate poſſumus, nomen *Philocali* haudquaquam appellativum eſſe in hoc caſu, ſed omnino proprium hujus Sancti; neque enim rarò contingere ſolet, ut idem nomen aliàs appellativum ſit, aliàs proprium. Atque id non aliunde, præterquam ex circumſtantiis erui poteſt, utro modo ſcilicet, appellative ne, an proprie, accipi debeat. Ut cætera exempla ſilentio prætereamus, perſpicuum eſt hoc, & evidenter conſtat in ſupra indicatis nominibus *Juſti*, *Candidi*, *& Victoris*, quæ cum ſint appellativa, Sanctiſque ignotis, ſive Baptizatis, quorum Corpora ex Cœmeteriis eruuntur, imponi communiter ſoleant, ſunt etiam peculiariter propria multorum Sanctorum, qui ſub hoc non appellativo, ſed proprio eorum nomine, *Juſti* videlicet, *Candidi*, *& Victoris*, in Martyrologio Romano enunciantur.

Si cerca, ſe il nome di *Filocalo*, con cui chiamaſi queſto Santo, ſia proprio, o appellativo.

§. 3. Il nome del Santo è *Filocalo*, che ſignifica Amante del bello, non di quello, che i Latini diſſero *pulchrum*, ma piuttoſto di quello, che chiamarono *decorum*, e che ſi oppone all' *indecorum*, o ſi *turpe*. E da ciò qualcheduno potrebbe eſſere indotto a ſoſpettare, che il nome di *Filocalo* non foſſe nome proprio del Santo, ma nome appellativo; eſſendo coſa pratticata, che ai Corpi de' Santi, che ſi eſtraggono dalle Catacombe, s' imponga qualche volta qualche nome appellativo, come di *Giuſto*, di *Candido*, di *Vittore*. Noi ſiamo informati di queſto coſtume; Noi ne abbiamo trattato *nel Noſtro ſopraddetto cap. 27. num.* 12. *e ſeg.* Noi abbiamo eſpoſti i fondamenti, ai quali è appoggiata queſta diſciplina; Noi abbiamo riſpoſto alle obbiezioni di chi falſamente diceva, che ciò pregiudicava al Culto de' Santi; Noi ammettiamo l' intelligenza di ſopra riferita della parola *Filocalo*: *Erat autem illis in diebus Archimedicus regionis Hollandrinorum, vir Philocalus, ac devotorum pauperum zelator magnus, nomine Godefridus, cognomine Sonder-dank*: come ſi legge nella Vita di S. Liduvina, ſtampata *nel tom. 2. dell' Aprile* de' Bollandiſti *al giorno* 14. ma, tutto ciò non oſtante, poſſiamo aſſicurare, che il nome di *Filocalo* è nome proprio del Santo, e non è in veruna maniera nome appellativo; eſſendo frequenti gli eſempj di uno ſteſſo nome, che alle volte è proprio, ed altre volte è nome appellativo: dipendendo dalle circoſtanze lo ſtabilire, a quale delle dette due claſſi debba il nome riferirſi. Ciò ſi vede, per laſciare tanti altri eſempj, nei nomi di *Giuſto*, *Candido*, *e Vittore*, che ſono i nomi appellativi di ſopra indicati, che ſi mettono ai Corpi eſtratti dalle Catacombe, e che però volgarmente ſi dicono Santi Battezzati: eſſendovi nel Martirologio Romano molti Santi col nome di *Giuſto*, o di *Candido*, e di *Vittore*, che era nome proprio di loro, e non appellativo.

*Philocali* nomen reperire eſt in Eccleſiaſticis monumentis.]

§. 4. Sed ſermonem ad hoc *Philocali* nomen contrahentes, ac miſſa facientes profana monumenta, in quibus facile occurrere poteſt tanquam proprium *Philocali* nomen, ut videre eſt in clariſſimi Muratorii *Theſauro Inſcriptionum Tom. 2.*; & ſtando intra limites hiſtoriæ tantum ſacræ, animadvertimus, unum ex Epiſcopis, qui anno 325. in prima Nicæna Synodo Fidei definitioni contra Arium ſubſcripſerunt, fuiſſe Philocalum quemdam Epiſcopum Paneadis in Provincia Phœniciæ primæ, ut conſtat ex *Tom.* 1. *Conciliorum* Collectionis Harduini *col.* 314. *D*, & ex P. le Quien *Tom. 2. Orientis Chriſtiani pag.* 831. *B.* Notatum invenimus inter Epiſcopos, qui anno 449. in pſeudo-Concilio Epheſino, ſeu latrocinali, ſubſcripſerunt condemnationi Sancti Flaviani, Philocalum alium Zagilenſem Epiſcopum in Lybia, ut conſtat ex Actis prædicti Concilii *Tom. 2. col. 86. D, col. 268. C, col. 272. B.* ejuſdem Collectionis, atque ex citato P. le Quien *pag. 635. C.* Legimus denique S. Philocalum Martyrem Alexandrinum *die* 21. *Martii* enunciatum in celebri Martyrologio

Il nome di *Filocalo* ſi trova ne' monumenti Eccleſiaſtici.

§. 4. Ma, reſtringendo il diſcorſo al nome di *Filocalo*, non vogliamo entrare ne' monumenti profani, ne' quali ci ſarebbe facile il ritrovare il nome di *Filocalo*, come nome proprio, nel qual propoſito baſta dar mano *al tom. 2. del Teſoro delle Iſcrizioni* raccolte dal celebre Muratori. Ci reſtrigneremo ai monumenti ſacri, e diremo, ritrovarſi fra i Veſcovi, che nel primo Concilio Niceno tenuto l' anno 325. ſottoſcriſſero la definizione della Fede contra Arrio, Filocalo Veſcovo di Paneade nella Provincia di Fenicia prima, come può vederſi *nel tom. 1. de' Concilj* della Collezione dell' Arduino *col.* 314. *D*, e nel le Quien *tom. 2. Orientis Chriſtiani pag.* 831. *B.* Diremo, ritrovarſi fra que' Veſcovi, che nell' anno 449. nel ſecondo Concilio latrocinale Efeſino ſi ſottoſcriſſero alla condanna di S. Flaviano, un certo Filocalo Veſcovo Zagilenſe nella Libia, come può vederſi negli Atti del detto Concilio nella Raccolta dell' Arduino *tom 2. col. 86. D, col. 268. C, col. 272. B*, e nel citato le Quien *pag. 635. C.* Diremo finalmente, ritrovarſi *ai 21. di Marzo*

per nel

per Florentinium edito, atque illuſtrato; cui conſonant cætera de Hieronymi Martyrologia apud Bollandianos *Tom. 3. Martii pag.* 529. *die* 21. qua etiam die conſuli poteſt Franciſci Mariæ de Aſte Archiepiſcopi Hydruntini *Diſceptatio in Martyrologium Romanum, nota E.*

Non idem tamen noſter Philocalus cum illis.

§. 5. Ex eo quod reperiatur, ut oſtendimus, in relatis Martyrologiis *S. Philocali* nomen, non propterea inferre volumus, Corpus S. Philocali, quod nunc Bononiam tranſmittimus, eſſe idem cum Corpore S. Philocali, de quo mentio fit in mox laudatis Martyrologiis. Sanctus enim Philocalus noſter Romæ obiit, utpote qui in uno ex Romanis Cœmeteriis ſepultus condebatur cum ſigno Martyrii: alter vero, de quo mentionem faciunt ſupra citata Martyrologia, procul ab Urbe Roma, nempe Alexandriæ in Egypto, paſſus, procul item ſepultus fuit. Sed nomina Epiſcoporum, qui Concilio Nicæno, & Epheſino Conciliabulo ſubſcripſerunt, ſub hoc nomine *Philocali*, nomen quoque *S. Philocali M.*, de quo præfata Martyrologia ſermonem habent, ideo recenſere placuit, ut innoteſceret, nomen *Philocali*, etſi aliquando appellativum; apud Chriſtianos fuiſſe quandoque etiam proprium, cum nimis a veritate alienum ſit, quod quis alio nomine, quàm proprio, Conciliis ſe ſubſcribat; & quod in Martyrologiis, alicujus Sancti nominatim mentio fiat, proprio nomine non indicato.

Non adhuc ſatis probatū *Philocali* nomen, propriū eſſe Sancto, de quo res eſt.

§. 6. Fatemur quidem, non ſatis eſſe hoc ad plenam Noſtri argumenti probationem faciendam; neque enim ſufficiens ratio eſt ad hoc probandum, quod nomen *Philocali* ſæpe uſurpatum ſit in ſignificatione propria, & nullo modo appellativa; ſed neceſſe eſt præterea illud evincere, quod nomen hoc non tam proprium eſſe poſſit, quam proprium re vera illius Sancti ſit, cujus Corpus Bononiam tranſmittimus; quod putamus comprobari poſſe evidenter.

Id tamen evincit inſcriptio, Sepulchro, quo ſacrum Corpus condebatur, appoſita.

§. 7. Corpus hujus Sancti non fuit repertum in Catacumbis ſine nomine, neque *Philocali* nomen illi impoſitum eſt, ne remaneret ſine nomine. Sepulchro, ubi Sacrum Corpus tumulabatur, inſcriptum erat nomen *Philocalus* hiſcemet verbis: *Philocalus in pace.* Cum autem nomina ſepulchris inſcribantur ad indicandam perſonam, quæ ibi ſepulta eſt; facile intelligitur, nomen *Philocali* inſcriptum ſepulchro hujus Martyris eſſe non poſſe appellativum, ſed eſſe nomen proprium ejuſdem; adeoque Sanctum Corpus, quod Bononiam mittimus, eſſe Corpus *S. Philocali*, qui pro Chriſti Fide Martyrium paſſus eſt; quod non ſolum probant illa verba *in pace*, quæ, ut habent veteres Inſcriptiones in Catacumbis repertæ, Martyribus communia ſunt æque ac Chriſtifidelibus ibidem ſepultis; ſed eruitur ex Vaſe ſanguinis, ſigno indubitato Martyrii, quod pro Chriſto martyr ſuſtinuit; ut Nos quoque adnotavimus in Noſtro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. c. 27. num. 26.*

Quæſtio de *Theophili* nomine, quod in Actis Apoſtolorum legitur

§. 8. Divinarum Scripturarum explanatoribus, & Cornelio a Lapide in primis, Auguſtino Calmet, Joanni Baptiſtæ du Hamel, Noſtro quoque bonæ memoriæ Vincentio Ludovico Cardinali Gotti *in tom. 5. Veritatis Catholicæ Religionis cap. 3. par. 2. num.* 2. inveſtigandum relinquimus, utrum Theophilus ille, de quo ſermo habetur *in cap. 1. Act. Apoſt.* -- *Primum quidem ſermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jeſus facere, & docere* -- eſſet unus aliquis hoc

proprio

nel celebre Martirologio pubblicato ed illuſtrato dal Fiorentini un S. Filocalo Martire in Aleſſandria: e concordano gli altri Martirologj Geronimiani *nel tom. 3.* de' Bollandiani *nel Meſe di Marzo pag. 529. al giorno 21. del detto Meſe*: e ſopra lo ſteſſo giorno 21. di Marzo può vederſi l' Archiveſcovo d' Otranto Franceſco Maria d' Aſte *nella ſua Diſcettazione ſopra il Martirologio Romamo ſotto la nota E.*

Non è però il medeſimo col noſtro.

§. 5. Coll' aver Noi oſſervato nei predetti Martirologj il nome di *S. Filocalo*, non intendiamo di aſſerire, che il Corpo di S. Filocalo, che ora traſmettiamo a Bologna, ſia di quel S. Filocalo, di cui ſi fa menzione ne' citati Martirologj; eſſendo morto il noſtro in Roma, eſſendo ſtato il ſuo Corpo ritrovato colle diviſe del Martirio in uno di queſti Noſtri Cimiterj, ed eſſendo ſtato l' altro, di cui parlano i citati Martirologj, martirizzato lungi da Roma, e lungi da Roma ſepolto, cioè in Aleſſandria di Egitto. Ma abbiamo commemorati i nomi de' Veſcovi ſottoſcritti al Concilio Niceno, ed al Conciliabolo Efeſino, col nome di *Filocalo*, ed il Santo Martire Filocalo, di cui ſi fa menzione ne' Martirologj indicati, per far vedere, che ſe alcune volte il nome di *Filocalo* ha fatta la figura di nome appellativo, appreſſo i Criſtiani è ſtato altre volte adoprato come nome proprio; eſſendo impoſſibile, che chi ſi ſottoſcrive ad un Concilio, non ſi ſottoſcriva col nome proprio; e che ne' Martirologj, volendoſi far menzione di un Santo, indicando chi era, non ſi faccia coll' eſprimere il di lui nome proprio.

Non pare abbaſtanza provato che il nome di *Filocalo* ſia proprio al noſtro Santo.

§. 6. Conoſciamo, che ciò non baſta per la compiuta ed adeguata prova del noſtro aſſunto, non baſtando per l' effetto, di cui ſi tratta, l' aver dimoſtrato, che il nome di *Filocalo* è ſtato più volte uſurpato come nome proprio, e non come appellativo. E aſſolutamente neceſſario, che ſi dimoſtri eſſer nome proprio, ed eſſer tale quello, con cui vien chiamato il Santo, il di cui Corpo traſmettiamo a Bologna. Ma Noi crediamo, poterſi ciò evidentemente comprovare.

Lo dimoſtra però evidentemente l' Iſcrizione inciſa nel Sepolcro del medeſimo.

§. 7. Non è ſtato ritrovato il Corpo Santo nelle Catacombe ſenza nome, nè il nome di *Filocalo* gli è ſtato dato, per non laſciarlo ſenza nome. Il nome di *Filocalo* era impreſſo nel Sepolcro, in cui giaceva il Sacro Corpo, e le parole erano le ſeguenti: *Philocalus in pace.* E mettendoſi i nomi ne' Sepolcri per additare chi in eſſo è ſepolto, vi vuole poco a comprendere, che il nome di *Filocalo* poſto nel Sepolcro del noſtro Martire, non può eſſere nome appellativo, ma che è vero nome di lui proprio, e che il Corpo, che traſmettiamo a Bologna, è il Corpo di S. Filocalo martirizzato per la Fede di Criſto: comprovandoſi il di lui Martirio non già dalle ſole parole *in pace*, che nelle antiche iſcrizioni, che ſi trovano nelle Catacombe, ſono comuni ai Martiri, ed ai Criſtiani in eſſe ſepolti; ma dal Vaſo intinto di Sangue, che è la certa diviſa del Martirio ſofferto per Criſto: il che anche da Noi è ſtato avvertito nella Noſtra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. num. 26.*

Diſputa ſopra il nome di *Teofilo*, che ritrovaſi negli atti degli Apoſtoli.

§. 8. Laſcieremo agl' Interpreti delle Divine Scritture, e particolarmente a Cornelio a Lapide, al Calmet, al du Hamel, ed anche alla buona memoria del Noſtro Cardinale Gotti *nel tom. 5. della Verità della Cattolica Religione al cap. 3. pag. 2. num.* 2. l' inveſtigare, ſe quel Teofilo, di cui ſi parla *nel cap. 1. degli Atti degli Apoſtoli* -- *Primum quidem ſermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jeſus facere, & docere* -- foſſe una particolare perſona, che

aveſſe

proprio nomine inſignitus; an potius ſub Theophili appellativo nomine intelligi debeat quiſquis cum Deo charitate conjungitur. Nobis ſatis eſt potuiſſe demonſtrare, *Philocali* nomen hìc proprium omnino eſſe, non appellativum. Propterea te paterno cordis affectu etiam atque etiam complectentes, tibi, Dilecte Fili Noſter, tuoque Gregi, quem tanta cum laude moderaris, & cui tamdiu præeſſe Nobis quoque contigit, Apoſtolicam Benedictionem impertimur.

Datum 20. Maji 1755. Pont. XV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Maji 1755. Pontificatus Noſtri anno Decimoquinto.

aveſſe il detto nome, o pure ſe quel Theofilo foſſe nome appellativo, indicante chiunche è amico di Dio; e ci contenteremo d' aver provato, che *Filocalo* nel caſo Noſtro è nome proprio. Ed abbracciandola con pienezza di cuore paterno, diamo a Lei, ed a quel Gregge, che ella con tanta edificazione governa, ed a cui per tanti anni Noi ſteſſi abbiamo preſeduto, l' Apoſtolica Benedizione.

Data li 20. Maggio 1755. Pontificato XV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Maji 1755. Pontificatus Noſtri anno Decimoquinto.

---

XLIX.

Sanctæ Inquiſitionis Officialium ſeu Miniſtrorum numerus, deputationis forma, qualitates, onera, privilegia & exemptiones reales & perſonales, tum in Civilibus Cauſis, tum & Criminalibus, diſtinctim recenſentur, ac perpetua Conſtitutione præcedentis Motus proprii confirmativa, futuris quibuſcunque abuſibus, vetitiſque ampliationibus occurritur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS,

### Servus Servorum Dei.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Procemium. Specialis cura a Pontifice adhibita in reformandis Tribunalibus

§. 49. *Motu itaque proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eamdem Schedulam, omniaque & ſingula in ea contenta & expreſſa, & a Nobis per eam, ut præfertur, ſancita, volita, & ordinata, per hanc noſtram perpetuò valituram Conſtitutionem, confirmamus, & approbamus, eiſque perpetuum, & inviolabile ejuſdem præſentis Sanctionis robur & firmitatem adjicimus: Atque iterum & ex integro ea omnia & ſingula, in omnibus & per omnia, juxta ejuſdem Schedulæ ſeriem, continentiam, & tenorem, Apoſtolicæ Auctoritatis plenitudine præfata ſtatuimus, volumus, & ordinamus; ac ea ab iis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit in futurum, perpetuò obſervari, & exactiſſimè impleri jubemus atque præcipimus.*

Mandatum pro plena eorumdem obſervantia.

§. 50. *Mandantes propterea Dilectis Filiis ejuſdem Tribunalis Supremæ Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem in Urbe noſtra Aſſeſſori, aliorumque Tribunalium in temporali Ditione noſtra præfata Inquiſitoribus, Cancellariis, Tabellionibus, & Miniſtris nunc & pro tempore exiſtentibus, aliiſque ad quos pertinet, & pertinebit in futurum, ut præmiſſa omnia & ſingula obſervent, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & quandocumque ſpectabit, exactiſſimè obſervari faciant: Inobedientes verò, opportunis juris, & facti remediis, ac etiam privationis officii, pœna coërceant & compeſcant, tam ex officio, quàm ad cujuſvis Partis inſtantiam, omni & quacumque appellatione, ſive recurſu, etiam ad præfatam Supremam Inquiſitionem, adverſus præmiſſorum omnium & ſingulorum obſervantiam & executionem forſan interponendis, omnino poſtpoſitis & remotis.*

Clauſulæ pro perpetua Litterarum firmitate.

§. 51. *Ac decernentes eamdem Schedulam, necnon præſentes litteras, omniaque & ſingula in ipſis contenta, & ſancita, volita, & ordinata, etiam ex eo, quod Perſonæ in ipſis intereſſe habentes, & quas præmiſſa concernunt, etiam ſpecifica, & individua mentione dignæ, eiſdem non conſenſerint, ſeu ex alia quantumvis juridica & privilegiata cauſa, in jus vel controverſiam vocari minimè poſſe; Sed eadem ſemper valida, & efficacia eſſe & fore, ac ſecundum ea, & non aliàs, per ipſam Cardinalium Inquiſitorum Congregationem, ac quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam dicti Tribunalis Aſſeſſorem, ac Inquiſitores præfatos, ſublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quolibet quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attentari, judicari, vel definiri contigerit.*

Derogatio contrariis.

§. 52. *Non obſtantibus noſtra & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula, de jure quæſito non tollendo, & quibuſvis aliis contrariis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ejuſdemque Tribunalis facultatibus, ſtylis, uſibus, & conſuetudinibus, etiam antiquis, ac diuturno temporis curſu invectis, & toleratis, ac omnibus iis, quæ in dicta Schedula voluimus non obſtare: Quibus omnibus & ſingulis, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine pari, harum quoque ſerie derogamus, contrariis quibuſcumque.*

Fides habenda Tranſumptis.

§. 53. *Volumus autem, ut earumdem præſentium tranſumptis, cum dictæ Schedulæ tenore inſerto impreſſis, ac manu Cancellarii dictæ Supremæ Inquiſitionis ſubſcriptis, ac ejuſdem Supremæ Inquiſitionis ſigillo munitis, eadem prorſus fides in judicio & extra habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.*

Sanctio.

§. 54. *Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtrarum Confirmationis, approbationis, roboris adjectionis, ſtatuti, ordinationis, juſſionis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Dat. die 21. Julii 1755.

*Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo quinto, duodecimo Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Quintodecimo.*

*J. Card. Pro-Datarius.*

*D. Card. Paſſioneus.*

Visa

De Curia J. C. Boſchi.

Loco † Plumbi.

L. Eugenius.

*Regiſtrata in Secretaria Brevium.*

L.

A Syriacis & Armenis in Latinorum Eccleſiis Sacra peragentibus proprium Ritum ſervari præcipitur: Miſſionariis denegatur facultas diſpenſandi eoſdem Syriacos & Armenos ſuper abſtinentia a Piſcibus jejunii tempore: omnes denique Græcos & Orientales Ritus conſervandos eſſe decernitur; monenturque Miſſionarii, ut in Orientalibus convertendis, eos ab erroribus, & ſchiſmate revocent, non a ſuis approbatis Ritibus avertant.

*Ad Miſſionarios per Orientem deputatos.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

Duplex quæſitum Congregat. Propagandæ Fidei a Miſſionario propoſitum.

Allatæ ſunt ad Congregationem Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpoſitorum Litteræ Sacerdotis cujuſdam, Sacris Miſſionibus exercendis deputati in Civitate Baliera, quam vulgo *Baſſoram* vocant, quæque itinere quindecim dierum a Babylonia diſtat, & Mercatorum negotiationibus eſt celeberrima; quibus Litteris exponendum cenſuit, plures in illa

Urbe commorari Catholicos Ritûs Orientalis, Armenos nempe, aut Syriacos, qui peculiari Templo carentes, ad Latinorum Miſſionariorum Eccleſiam ſe conferunt, ubi eorum Sacerdotes Miſſarum Sacrificia juxta peculiares ipſorum ritus offerunt, aliaſque Sacras Cœremonias perficiunt; Laici autem hujuſmodi Sacris interſunt, & Sacramenta ab iiſdem Sacerdotibus ſuſcipiunt. Indeque occaſionem arripuit quærendi, utrum prædicti Armeni, & Syriaci, Catholicum ſuum Ritum obſervare debeant, an verò, ad tollendam varietatem in ipſa Eccleſia, in quam Latini etiam, uti diximus, conveniunt, magis conſentaneum videatur, ut Armeni, & Syriaci, relicto veteri Kalendario, novum amplectantur, in iis, quæ pertinent ad ſtatuenda tempora Paſchalis Solemnitatis, & annuæ Communionis, ſicuti etiam Quadrageſimæ, dierumque Feſtorum tam mobilium, quàm immobilium: atque ulterius progrediendo, quæſivit, quatenus prædictis Balſeræ Armenis, & Syriacis novum Kalendarium obſervandum decernatur, utrum aliis quoque Orientalibus præſcribi debeat, qui peculiare quidem habent Templum, ſed adeò anguſtum, ut Sacris Functionibus decenter obeundis impar deprehendatur, ideoque ad Eccleſiam Latinorum plerumque ſe conferunt.

**Primum, quemnam Ritum ſervare debeant Syriaci, & Armeni, in Latinorum Eccleſiis Sacra peragentes.**

§. 2. Inſuper idem Miſſionarius prædictæ Congregationi ſubdidit, quod quum Catholicis Orientalibus Armenis, & Syriacis præceptum ſit, diebus jejunio dicatis, a piſcibus abſtinere, plures inter ipſos reperiuntur, qui id minime obſervant, non ullo ſanè adducti contemptu, ſed partim naturæ fragilitate pertracti, partim ex eo, quod Latinis Catholicis aliam eſſe conſuetudinem intuentur: ideò non alienum videri, ſi facultas Miſſionariis tribuatur permittendi, non quidem univerſis, ſed ſpeciatim his, aut illis, ut piſcibus utantur jejunii tempore, ita tamen, ut nullum inde ſcandalum oriatur, & aliud pietatis opus, loco abſtinentiæ a piſcibus, ſubrogare jubeantur.

**Alterum, an Miſſionariis concedenda ſit facultas cum præfatis diſpenſandi ſuper abſtinentia a piſcibus tempore jejunii.**

§. 3. Hæc, uti diximus, a prædicto Miſſionario propoſita ſunt Congregationi de Propaganda Fide, quæ de more eadem examinanda remiſit alteri Congregationi Generalis Inquiſitionis. Habita verò hæc fuit coram Nobis die 13. Martii hujus anni 1755., & unanimi Cardinalium Inquiſitorum conſenſu, reſponſum fuit: *nihil eſſe innovandum.* Id quod Nos etiam auctoritate noſtra firmavimus, permoti potiſſimum decreto aliàs a primodicta Congregatione de Propaganda Fide die 31. Januarii anni 1702. edito, quod deinde confirmatum, & renovatum non ſemel fuit, & eſt hujuſmodi: *Referente R. P. D. Carolo Auguſtino Fabrono Secretario, Sacra Congregatio mandavit præcipi, prout præſenti decreto præcipitur, omnibus, & ſingulis Miſſionum Apoſtolicarum Præfectis, & Miſſionariis, ne ullus eorum in poſterum, quavis occaſione, aut prætextu, audeat diſpenſare cum Catholicis quarumcumque Nationum Orientalium, ſuper jejuniis, orationibus, cæremoniis, & ſimilibus, a proprio earumdem Nationum Ritu præſcriptis, & a Sancta Sede Apoſtolica approbatis. Præterea eadem Sacra Congregatio cenſuit, non licuiſſe, nec licere præfatis Catholicis ullatenus a proprii Ritus, a Sancta Romana Eccleſia ut ſupra, approbati, conſuetudine & obſervantia recedere. Hujuſmodi autem decretum ſit confirmatum, ac renovatum, iidem Eminentiſſimi Patres ab omnibus & ſingulis prædictis Præfectis, & Miſſionariis omninò & abſque ullâ tergiverſatione obſervari debere, mandarunt.* Quod quidem decretum reſpicit Catholicos Orientalis Eccleſiæ, eorumque Ritus ab Apoſtolica Sede approbatos: Orientalem autem Eccleſiam omnibus notum eſt quatuor Ritibus conſtare, Græco videlicet, Armeno, Syriaco, & Cophtico, qui ſanè Ritus univerſi ſub uno nomine Eccleſiæ Græcæ, aut Orientalis intelliguntur, non ſecus ac ſub Eccleſiæ Latinæ Romanæ nomine, Ritus Romanus, Ambroſianus, Mozarabicus, & varii peculiares Ritus Ordinum Regularium comprehenduntur.

**Reſcriptum utrique quæſito redditum, ut nihil innovetur.**

§. 4. Adeo perſpicua eſt decreti ſententia, ut nullo Commentario indigeat. Quare noſtra hæc Encyclica Epiſtola eò tendit, ut hujuſmodi Lex omnibus cognita fiat, atque perſpecta, utque deinceps executioni diligentius mandetur. Merito namque dubitari poteſt, quæſtiones a Miſſionario Balſeræ propoſitas, ex ignoratione decretorum, quæ jampridem edita ſunt, promanaſſe. Sed quoniam ex aliis multis atque frequentibus indiciis conjicimus, Miſſionarios Latinos in id curam, & cogitationes intendere, ut in convertendis Orientalibus a Schiſmate & errore ad Unitatem, Sanctamque Catholicam Religionem, Orientalem Ritum de medio tollant, aut ſaltem labefactent, Catholicoſque Orientales ad Latinum Ritum amplectendum alliciant, non alia quidem de causâ, niſi ſtudio Religionis amplificandæ, & opus bonum, Deoque gratum operandi; ideò conſentaneum putavimus (quoniam animum ad ſcribendum appulimus) hac noſtra Encyclica Epiſtola breviùs, quo fieri poterit, ea omnia complecti, quæ, juxta hujus Apoſtolicæ Sedis ſententiam, pro norma haberi debent, quoties Orientales ad Catholicam Religionem convertuntur, quæque ſervanda ſunt cum Orientalibus Catholicis, qui verſantur in Locis, ubi aut nulli degunt Latini, aut Latini Catholici ſimul cum ipſis Orientalibus Catholicis commorantur.

**Conſcribendæ Encyclicæ finis, ut Miſſionariis decreta Congregationum perſpecta fiant, iiſdemque in Orientalibus reducendis certa tradatur agendi norma.**

§. 5. Sanè hiſtoriam Eccleſiaſticam ne quidem primis, ut ajunt, labiis attigiſſe dicendus eſſet, qui ignoraret quantum elaboraverint Romani Pontifices, ut Orientales ad unitatem adducerent, poſt funeſtum ſchiſma Photii, qui tempore Summi Pontificis Sancti Nicolai I., Conſtantinopolitanam Sedem, depulſo per vim Sancto Ignatio Patriarcha legitimo, invaſit. Sanctus Leo IX. Prædeceſſor noſter Legatos ſuos Conſtantinopolim miſit, ut hujuſmodi ſchiſma, quod per duo circiter ſæcula ſopitum, Michael Cerularius redintegraverat, extirparet; ſed illius conatus in irritum ceciderunt. Urbanus deinde II. Græcos ad Barenſe Concilium invitavit; ſed exiguum fructum conſecutus eſt, tametſi Sanctus Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus omnem curam impenderit, ut ipſos Eccleſiæ Romanæ conciliaret, ipſiſque errores, in quibus verſabantur, doctrinæ ſuæ lumine patefecerit. In Lugdunenſi Concilio, quod Beatus Gregorius X. coegerat, Michael Palæologus Imperator, & Græci Epiſcopi, unitatem Romanæ Eccleſiæ amplexi ſunt; verùm mutatis animis ab illa rurſum deſciverunt. In Concilio autem Florentino ſub Eugenio IV. Summo Pontifice, ad quod Joannes Palæologus, & Joſeph Patriarcha Conſtantinopolis, cum cæteris Orientalibus Epiſcopis, convenerant, Unio ſtatuta fuit, & uniuſcujuſque ſubſcriptionibus acceptata; eodemque in Concilio, Armenorum, & Jacobitarum Eccleſiæ, ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ redierunt; deinde Eugenius Pontifex Florentiâ Romam profectus, Legatos etiam Regis Æthiopum excepit, ac Syros, Chaldæos, & Maronitas ad obedientiam Romanæ Sedis redegit. Sed quoniam, uti legitur in Evangelio Sancti Matthæi *Cap.* 13., ſemen, quod cecidit ſuper petram, nullum affert fructum, qua non habet, ubi radicem defigat: *Hi ſunt, qui cum gaudio ſuſcipiunt continuò verbum Dei, non habent autem in ſe radicem: factâ autem tribulatione & perſecutione propter verbum, continuò ſcandalizantur*: ideo vix Marcus Archiepiſcopus Epheſinus, tamquam novus Photius, Unionem convellere adnixus eſt, & adverſus ipſam cœpit vocem extollere, ſtatim omnis optatus fructus deperiit.

**Romanorum Pontificum ſollicitudo in revocandis ad unitatem Orientalibus.**

§. 6. Præterea Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ignarum ſe proderet, qui pariter neſciret, ita cum Orientalibus Unionem peractam, firmatamque fuiſſe, ut Dogma proceſſionis Spiritus S. a Patre, & Filio reciperent, atque adeo licitam fuiſſe admitterent additionem vocis *Filioque*, Symbolo factam; ut panem non minus

**In unione curanda ſemper id actum, ut, exploſis erroribus Orthodoxæ Fidei oppoſitis, Ritus eſſet illæſus.**



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

fermentatum, quam azymum, Sacramenti Euchariſtiæ materiam eſſe faterentur; ut dogma Purgatorii, viſionis beatificæ, ac Primatus Romani Pontificis amplecterentur; uno verbo omnem curam collatam fuiſſe, ut errores Catholicæ Fidei adverſi evellerentur; nunquam verò id actum eſſe, ut venerabili Orientali Ritui detrimentum ullum inferretur. Sed præſentem quoque Eccleſiæ diſciplinam prorſus ignoraret, cui ſatis exploratum non eſſet, Romanos Pontifices, qui infelicibus præteritorum temporum ſucceſſibus minime deterriti, de reducendis ad Unitatem Græcis ſemper cogitarunt, eamdem viam, quam paulò ante indicavimus, ſemper inſtitiſſe, & adhuc inſiſtere; ſicut ex ipſorum cum dictis, tum factis manifeſtè colligitur.

Præclarum in id affertur S. Leonis IX. factum.

§. 7. Undecimo ſæculo nonnullæ Conſtantinopoli, Alexandriæ, & in Patriarchatu Jeroſolymitano reperiebantur Latinorum Eccleſiæ, in quibus Latinus Ritus ſervabatur, quemadmodum Romæ non deerant Græcorum Templa, in quibus ipſi Græco Ritu ſacra munera perſolvebant. Michael Cerularius, impius ſchiſmatis inſtaurator, Latinas Eccleſias juſſit obſerari. Verum Sanctus Leo IX. Romanus Pontifex par pari nequaquam retulit, quamvis id facillimè poſſet, neque Græcorum Templa Romæ clauſit, ſed aperta eſſe voluit. Itaque de injuria Latinis illata conqueſtus *in ſua Epiſtola prima cap. 9.* ita ſubdidit: *Ecce in hac parte Romana Eccleſia quanto diſcretior, moderatior, & clementior vobis eſt? ſiquidem, cum intra & extra Romam plurima Græcorum reperiantur Monaſteria, ſive Eccleſiæ, nullum eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur a paterna traditione, ſive ſua conſuetudine; quin potius ſuadetur, & admonetur eam obſervare.*

Innocentii III., & Honorii III. reſcripta, de Græcis Ritibus retinendis.

§. 8. Initio ſæculi decimi tertii, cùm Latini in poteſtatem ſuam Conſtantinopolim redegiſſent, & Summus Pontifex Innocentius III. decreviſſet Patriarcham Latinum in ea Civitate conſtituere, cui non ſolum Latini, ſed etiam Græci obtemperarent; nihilominus palam declarare non prætermiſit, nullum ſe velle Græcis Ritibus inferre detrimentum, niſi ſi quæ forte conſuetudines inter eos receptæ, periculum animarum parerent, aut honeſtati Eccleſiaſticæ adverſarentur. Decretalis hujus Pontificis, in Concilio Lateranenſi IV. edita, refertur tum in *Tom. VII.* Collectionis Conciliorum Harduini *pag. 22.*, tum *in Cap. Licet, de Baptiſmo*: *Licet Græcos diebus noſtris ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ revertentes fovere, ac honorare velimus, mores ac Ritus eorum, quantum cum Domino poſſumus, ſubſtinendo, in his tamen illis deferre nec volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum, & Eccleſiaſticæ derogant honeſtati.* Honorius poſtea III., qui Innocentio immediatè ſucceſſit, iiſdem verbis uſus eſt, cum literas dedit ad Regem Cypri, qui duos Epiſcopos in nonnullis Regni ſui Civitatibus optabat, Latinum videlicet pro Latinis, qui in illis verſabantur, Græcum alterum pro Græcis, qui iiſdem in locis commorabantur. Atque hæc Honorii epiſtola typis impreſſa legitur in Annalibus Raynaldi *ad annum Chriſti* 1222. *num.* 5.

Idipſum iterato conſtituit Innocentius IV.

§. 9. Documentis ejuſmodi plurimum redundat ſæculum decimum tertium. Ad hoc quippe ſæculum pertinet epiſtola Innocentii IV. ad Danielem Regem Ruſſiæ, apud Raynaldum *ad annum* 1247. *num.* 29., qua ipſius Regis ſpecialem devotionem erga Eccleſiam Catholicam commendans, concedit, ut Ritus, qui Fidei Romanæ Eccleſiæ non repugnarent, in ejuſdem Regno ſerventur, ita ſcribens: *Eapropter, chariſſime in Chriſto Fili, tuis ſupplicationibus inclinati, Epiſcopis, & aliis Presbyteris de Ruſſia, ut liceat eis more ſuo ex fermentato conficere, & alios eorum Ritus, qui Fidei Catholicæ, quam Eccleſia Romana tenet, non obvient, obſervare, auctoritate præſentium indulgemus.* Huc etiam ſpectat ejuſdem Innocentii IV. epiſtola ad Othonem Cardinalem Tuſculanum Sanctæ Sedis Legatum in Inſula Cypri, cui munus demandaverat nonnullas controverſias componendi, quæ Græcos inter, ac Latinos excitatæ fuerant, uti deprehenditur ex ejus Conſtitutione, quæ incipit: *Sub Catholicæ*: quæque *in veteri Bullario Tom. I.* * numero decima quarta recenſetur: *Verùm quia nonnulli Græcorum jamdudum ad devotionem Sedis Apoſtolicæ redeuntes, ei reverenter obediunt, & intendunt; licet, & expedit, ut mores ac Ritus eorum, quantum cum Deo poſſumus, tolerantes, ipſos in Eccleſiæ Romanæ obedientia præſervemus. Quamquam in his, quæ animarum periculum parerent, vel honeſtati Eccleſiſtaicæ derogarent, nec debeamus illis deferre aliquatenus, nec velimus.* Poſtquam verò in eadem epiſtola præſcripſit ea, quæ a Græcis facienda erant, tum ea enumeravit, quæ illis permittenda arbitrabatur; his verbis concludit: *Memoratis autem Archiepiſcopo Nicoſienſi, & ejus Suffraganeis Latinis, communiter auctoritate noſtra præcipias, ut eoſdem Græcos ſuper præmiſſis, contra hujuſmodi proviſionem, & deliberationem noſtram, non inquietent aliquatenus, nec moleſtent.* Idemque Pontifex Innocentius IV. Laurentium Minoritam Pœnitentiarium ſuum, Apoſtolicum Legatum conſtituens, eique plenam auctoritatem tribuens in Græcos omnes, qui in Regno Cypri, in Patriarchatibus Antiocheno, & Hieroſolymitano morabantur, in Jacobitas etiam, Maronitas, ac Neſtorianos, hoc illi potiſſimum mandavit, ut Græcos univerſos auctoritate ſua vindicaret ab omnibus moleſtiis, quæ ipſis a Latinis inferri poſſent: *Mandamus, quatenus Græcos illarum partium, quocumque nomine cenſeantur, auctoritate Apoſtolica protegens, turbari eos violentiis, vel quibuſcumque moleſtiis non permittas, injurias quaslibet & offenſas a Latinis illatas eiſdem, plenarie faciens emendari, & Latinis ipſis diſtricte præcipiens, ut a ſimilibus de cætero penitus conquieſcant.* Hæc ſunt Innocentii verba ad prædictum Legatum Apoſtolicum, quæ a Raynaldo *ad annum Chriſti* 1247. *num.* 30. recenſentur.

* In hac Editione Tom. I. Conſiſt. XIV. p. 100. & ſeqq.

Hujuſque proximus Succeſſor Alexander IV.

§. 10. Alexander IV. in locum Innocentii Pontificis immediate ſuffectus, cum irritam ceſſiſſe Prædeceſſoris ſui voluntatem animadvertiſſet, cumque turbas, ac diſſenſiones Græcos inter ac Latinos Epiſcopos in Regno Cypri adhuc vigere percepiſſet, Latinis Epiſcopis indixit, ut Græcos Eccleſiaſticos ſuas ad Synodos accerſerent; eos autem Decretis Synodalibus ſubjectos declarans, ſequentem conditionem adjecit: *Recipere, & obſervare ſynodalia ſtatuta, quæ tamen Græcorum Ritibus Fidei Catholicæ non adverſis, & a Romana Eccleſia toleratis, non obvient.* Hujuſmodi laudabili exemplo inhærens Elias Archiepiſcopus Nicoſienſis *anno* 1340. Decretis ſuis ſynodalibus hanc declarationem inſeruit: *Per hoc autem non intendimus inhibere Græcis Epiſcopis, & eorum ſubditis, quin Ritus ſuos, Fidei Catholicæ non adverſos, ſequantur, juxta compoſitionem a felicis recordationis Domino Alexandro Romano Pontifice in Regno Cypri inter Latinos, & Græcos editam, & obſervatam.* Hæc omnia perſpici poſſunt in Labbeana Collectione, Venetæ editionis, *tom.* 14. *pag.* 279., & *tom.* 15. *pag.* 775.

Unio Græcorum in Lugdunenſi Concilio ſtipulata ſub conditione, nequid Græcus Ritus immutaretur

§. 11. Finem ſæculo decimo tertio imponit memorata Græcorum, Latinorumque Unio ſtatuta in Generali Concilio Lugdunenſi ſub Beato Gregorio X. Summo Pontifice, qui ad Michaelem Palæologum Fidei Confeſſionem, Unioniſque Decretum a Concilio firmatum, & a Legatis Orientalibus juratum miſit, ut ipſe

quoque

quoque Imperator, ac reliqui Græci Epiſcopi eiſdem ſubſcriberent. Peracta fuerunt omnia ab Imperatore, & Orientalibus, adjecta tamen hac conditione, quæ ipſorum litteris continetur, ab Harduino relatis in ſua Collectione, *tom. 8. pag. 698. Sed rogamus Magnitudinem Veſtram &c. quod permaneamus in Ritibus noſtris, quibus utebamur ante Schiſma, qui ſcilicet Ritus non ſunt contrarii contra ſupradictam Fidem, nec contra Divina præcepta.* Quamvis autem reſponſum Gregorii Pontificis ad has Orientalium litteras interierit, quum tamen ipſe Unionem ab iis acceptatam atque ſubſcriptam ſatis firmam reputaverit, meritò inde colligitur, prædictam conditionem ab ipſo receptam, probatamque fuiſſe. Et ſane Nicolaus III. Gregorii Succeſſor, per ſuos Legatos, quos Conſtantinopolim miſit, his verbis animum ſuum patefecit, uti habetur apud Raynaldum *ad annum Chriſti 1278.: De cæteris autem Græcorum Ritibus, eadem Romana Eccleſia intendit Græcos, quantum cum Deo poterit, favorabiliter proſequi, & ipſos in illis Ritibus, de quibus Sedi Apoſtolicæ viſum fuerit, quod per eos Catholicæ Fidei non lædatur integritas, nec ſacris ſtatutis Canonum derogetur, perſeverare permittit.*

Similiter res geſta eſt in Concilio Florentino, probante Eugenio IV. Pontifice.

§. 12. Quod attinet ad ſæculum decimum quintum, ſat eſſe poteſt indicata ſuperius Unio in Concilio Florentino ſtatuta, cui ab Eugenio Pontifice probatæ, Joannes Palæologus ſubſcripſit, hac lege: *ne ex Ritibus noſtræ Eccleſiæ aliquid immutetur*: uti videre eſt *tom. 9.* Collectionis Harduini *pag. 395.* Verùm, cum Nobis in animo non ſit ſingula percenſere, quæ a Romanis Pontificibus, ſequentibus deinde ſæculis geſta ſunt, præcipua quædam attingemus, ex quibus manifeſto deprehendatur, ipſos quidem omni conatu, ſtudioque egiſſe, ut inſidentes Orientalium animis errores ab iis evellerent, ſed ſimul etiam manifeſtis argumentis id oſtendiſſe, ſartos tectoſque ſe velle Ritus, quibus eorum majores ante Schiſma, approbante Sede Apoſtolica, uſi fuerant; nec unquam ab Orientalibus poſtulaſſe, ut ſi Catholici eſſe vellent, Latinum Ritum amplecterentur.

Subſequentiū Pontificum Leōis X. Clementis VII. & Pii IV. cura ſervandi Græci Ritus.

§. 13. In Græcorum Enchiridio edito Beneventi, duæ Summorum Pontificum Leonis X., & Clementis VII. habentur Conſtitutiones, quibus vehementer increpantur Latini illi, qui in Græcis reprehendebant obſervantiam eorum, quæ in Florentino Conciiio eiſdem permiſſa fuerant; præſertim quod Sacrificium offerrent in fermentato, uxorem ducerent, antequam ſacris Ordinibus initiarentur, eamque poſt ſuſceptos Ordines ſacros retinerent, quodque Euchariſtiam ſub utraque ſpecie etiam Pueris exhiberent. Pius IV. in Conſtitutione: *Romanus Pontifex*: quæ numero eſt *LXXV. Tom. II. veteris Bullarii,* * dum Græcos in Latinorum Diœceſibus commorantes, Latinis Epiſcopis ſubjectos fore decernit, ita ſubdit: *Per hoc tamen non intendimus, quod ipſi Græci ab eorum Græcanico Ritu detrahantur, vel aliàs deſuper quoquo modo per locorum Ordinarios, aut alios, impediantur.*

* In hac Editione Conſtit LXXV. Tom. II. pag. 290.

Gregorius XIII. in Collegiis pro Græcis, Maronitis, & Armenis in Urbe erectis, Ritū Orientalem ſervari voluit

§. 14. Annales Gregorii XIII. a Patre Maphæio conſcripti, & Romæ impreſſi anno 1742. complura referunt, quæ idem Pontifex geſſit, licet exitu parum felici, ut Cophtos, Armenoſque ad Catholicam Fidem reduceret. Sed ad rem noſtram potiſſimum faciunt ea, quæ leguntur in ipſius Conſtitutione *63. in novo Bullario tom. 4. part. 3.*, & in duabus aliis, videlicet 157. & 173. *in eodem Bullario tom. 4. part. 4.*, de fundatione trium Collegiorum in Urbe ab eodem Pontifice inſtitutorum pro Græcis, Maronitis, & Armenis, in quibus Alumnos dictarum Nationum educari voluit, ita tamen, ut ſemper in ſuis Ritibus Orientalibus perſeverarent. Celeberrima fuit Unio Ruthenorum cum Apoſtolica Sede tempore fel. record. Clementis Papæ VIII. peracta, cujus monumenta relata leguntur in Annalibus Venerabilis Cardinalis Baronii, Romanæ editionis anni 1596. *Tom. VII.* ubi *pag. 682.* exhibetur decretum ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis Ruthenis pro ineunda Unione confectum, cum hac conditione: *Salvis tamen, & in integrum obſervatis cæremoniis, & Ritibus cultus Divini peragendi, & Sanctorum Sacramentorum, juxta conſuetudinem Eccleſiæ Orientalis; correctis tantummodo iis articulis, qui ipſam Unionem impedirent; ut more antiquo fierent omnia, ſicut olim Unione durante fuerunt.* Sed cum paulo poſt ad pacem turbandam rumor percrebuiſſet, ſublatos eſſe in Unione Ritus univerſos, quibus Rutheni antiquitus uſi fuerant in Divina Pſalmodia, in Miſſæ Sacrificio, in Sacramentis adminiſtrandis, aliiſque Sacris Cœremoniis; Paulus V. Litteris Apoſtolicis in forma Brevis datis anno 1615., quæ in eodem Græcorum Enchiridio impreſſæ ſunt, voluntatem ſuam his verbis ſolemniter declaravit: *Dummodo veritati, & doctrinæ Fidei Catholicæ non adverſentur, & communionem cum Romana Eccleſia non excludant, per Unionem præmiſſam tollere, aut extinguere, Eccleſiæ Romanæ intentionem, mentem, & voluntatem non fuiſſe, nec eſſe; nec id dici vel cenſeri potuiſſe, nec poſſe; quin imo dictos Ritus eiſdem Ruthenis Epiſcopis, & Clero, ex Apoſtolica benignitate permiſſos, conceſſos, & indultos eſſe.*

Rutheni ad unitatem Catholicam redeuntes eumdem Orientalem Ritum ſibi illæſum ſtipulantur.

Eamdē conditionem ſemper ratam, firmamque fore edicit Paulus V.

§. 15. Aptiſſime hic recenſeri poſſent Eccleſiæ, quas diverſis temporibus poſteriores Romani Pontifices Græcis, Maronitis, Armenis, Cophtis, Melchitis in Urbe addixerunt, quæque etiamnum extant, & patent, ut ſacras functiones in ipſis, juxta Ritum ſuum, ſinguli expleant. Opportune hic quoque referri poſſet, quemadmodum Clemens Papa VIII. in ſua Conſtitutione 34. *§. 7. veteris Bullarii*, Græcum Epiſcopum Romæ conſtituit, ut Italo-Græcis Latinas Diœceſes incolentibus Ordines juxta Græcorum Ritum conferret; deinde vero alium a Clemente XII. proximo Prædeceſſore noſtro, in ſua Conſtitutione incipien. *Paſtoralis*, fuiſſe ſuperadditum Græcum Epiſcopum, qui fixam in Biſinianenſi Diœceſi Sedem habet, ut Italo-Græcis Ordines conferat; ne qui longius ab Urbe diſtant, longum iter aggredi cogantur, ut Ordines ab Epiſcopo Græco Romæ degente, juxta allatam Clementis VIII. Conſtitutionem, ſuſcipiant; ac ne ipſis quidem Epiſcopis Catholicis Maronitarum, Cophtorum, & Melchitarum, qui aliquando Romæ verſantur, denegari facultatem conferendi Ordines juxta Ritum ſuum, nationis ſuæ hominibus, dummodo idonei reperiantur. Ad rem pariter hic addi poſſet, quoties aliqua de diſciplina Orientalium, vel Italo-Græcorum excitata eſt controverſia, Apoſtolicam Sedem nihil prætermiſiſſe, ut ſi quæ emendatione digna viſa ſunt, emendaret, edicendo ſtatim, velle ſe, ut cæteris in rebus omnibus Orientalis Ritus inviolatus, firmuſque maneret; aut aperte declarando, quæ pro Italo-Græcis inter nos degentibus, & Latinorum Epiſcoporum juriſdictioni ſubjectis ſtatuebantur, ita accipi oportere, ut eos dumtaxat afficiant, neutiquam vero protendantur ad Græcos Orientales, qui a nobis longe diſſiti, Græcis Epiſcopis ſuis Catholicis ſubſunt.

Clariora Summorum Pontificum facta, quibus evincitur, fuiſſe eos de Orientali Ritu ſervando vehementer ſollicitos.

§. 16. Deprehenditur id ex confirmatione Synodi Provincialis Ruthenorum coactæ in urbe Zamoſciæ anno 1720., ad quam examinandam Nos quoque, quippe qui tunc munere Secretarii Congregationis Concilii fungebamur, acciti fuimus a fel. record. Benedicto XIII., qui licet obſecundandum putaſſet inſinuationibus Patrum ejuſdem Concilii, a quibus nonnulli

Immo ne paſſos quidem eſſe, ut ab aliis quidquam eidem Ritui detraheretur.

Ritus

Ritus inter Græcos vigentes, ſuis Decretis vel temperati fuerant, vel ſublati; prædictam Synodum confirmavit quidem ſuis Apoſtolicis Litteris in forma Brevis, datis anno 1724., hac tamen addita declaratione: *Ita tamen, quod per noſtram prædictæ Synodi confirmationem nihil derogatum eſſe cenſeatur Conſtitutionibus Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & Decretis Conciliorum Generalium, emanatis ſuper Ritibus Græcorum, quæ, non obſtante hujuſmodi confirmatione, ſemper in ſuo robore permanere debent.* Idem quoque colligitur ex pluribus noſtris Conſtitutionibus, quæ in noſtro Bullario continentur, de Ritibus Cophtorum, Melchitarum, Maronitarum, Ruthenorum, & Italo-Græcorum generatim, atque etiam ſpeciatim de Ritibus Cleri Collegiatæ Eccleſiæ Meſſanenſis S. Mariæ *de Graſeo* nuncupatæ, ac poſtremo de Græco Ritu in Ordine Sancti Baſilii ſervando. Siquidem in Conſtitutione 87. *ejuſdem Bullarii Tom. I.* * de Græcorum Melchitarum Ritibus hæc leguntur: *De Ritibus igitur, & moribus Eccleſiæ Græcæ illud in primis generatim ſtatuendum decrevimus, nemini licuiſſe, aut licere, quovis titulo, & colore, & quacumque auctoritate, aut dignitate, etiamſi Patriarchali, aut Epiſcopali præfulgeat, quidquam innovare, aut aliquid introducere, quod integram, exactamque eorumdem obſervantiam imminuat.* In præcedenti vero Conſtitutione 57. quæ incipit: *Etſi Paſtoralis §. 9. num. 1.* * hæc de Italo-Græcis præſcribuntur: *Quoniam Orientalis Eccleſiæ Ritus, utpote non minima ex parte a Sanctis Patribus profecti, vel a Majoribus traditi, ſic animis Græcorum, aliorumque inſederunt, ut Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices ſatius conſultiuſque duxerint Ritus hujuſmodi, qua in parte nec Fidei Catholicæ adverſantur, nec periculum generant animarum, aut Eccleſiaſticæ derogant honeſtati, approbare, ſeu permittere, quam illos ad Romanarum cœremoniarum normam reducere &c.* Et *§. 9. num. 24.* hæc leguntur: *His inſuper, quæ ſuperius in quacumque parte Italo-Græcis conceſſimus, indulſimus, declaravimus, præcepimus, ordinavimus, & interdiximus, ſeu prohibuimus, Græcorum in Oriente, ſub propriis Catholicis Epiſcopis, Archiepiſcopis, vel Patriarchis commorantium, & aliarum Chriſtianarum Nationum quorumcumque Rituum a Sancta Sede approbatorum, ſeu permiſſorum, juribus qualibuſcumque, ſi quæ illis de jure, vel ex conſuetudine, vel aliàs quomodolibet legitime competant, aut Apoſtolicis Conſtitutionibus, vel Conciliorum Generalium, aut particularium, ſeu Congregationum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Decretis, quæ ſuper Ritibus Græcorum, ſeu aliorum Orientalium emanarunt, ullo pacto præjudicatum, vel præjudicium ullum illatum eſſe, non intendimus.*

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 166.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Hæreſes tamen unitatem proſcindentes, ſummopere averſati, certas formulas Profeſſionis Fidei Græcis, & Orientalibus ſtatuerunt.

§. 17. Verum his, aliiſque pluribus prætermiſſis, libere aſſeremus, Romanos Pontifices aſſiduam, atque indefeſſam curam impendiſſe, ut hæreſes, a quibus Schiſma inter Occidentalem, atque Orientalem Eccleſiam dimanavit, profligarent; ac propterea earum deteſtationem, ſive abjurationem expopoſciſſe ab iis Orientalibus, qui ad Eccleſiæ unitatem redire poſtulant, aut de quibus explorandum eſt, utrum vere ad unitatem Apoſtolicæ Sedis pertineant. Duæ ſunt formulæ profeſſionis Fidei, quarum prima Græcis præſcripta a Summo Pontifice Gregorio XIII., *tom. 2. veteris Bullarii Romani trigeſima tertia* recenſetur; alteram vero pro Orientalibus ſtatuit Urbanus VIII. Ambæ Typis Congregationis de Propaganda Fide editæ fuerunt, prima quidem anno 1623.; altera anno 1642. Cum autem deinde anno 1665. Patriarcha Antiochenus, Syriacus Hierapolis, necnon Archiepiſcopus Syrorum in eadem urbe Hierapolis commorantium, ſuæ Fidei profeſſionem ad Urbem tranſmiſiſſent, eaque data fuiſſet examinanda Patri Laurentio de Lauræa Ordinis Minorum Sancti Franciſci Conventualium, tunc temporis Sancti Officii Conſultori, & deinde S. R. E. Cardinali; is die 28. Aprilis ejuſdem anni ſuffragium ſuum ſcripto exaratum protulit, quod etiam ſubinde fuit a Congregatione probatum, illudque his verbis concluditur: *Omnes ſunt admittendæ, ſed ſignificandum eſt iis, ad quos ſpectat, ut in poſterum curent, emitti Profeſſionem Fidei aliàs a felicis recordationis Urbano VIII. Orientalibus præſcriptam, quia illa continet multarum hæreſum deteſtationem, & alia pro iis regionibus neceſſaria.*

Curaruntque eorum Miſſalia expurgata recudi, Euchologium emendari, ſervato cæteroquin ſemper Græco Ritu.

§. 18. Cumque inimicus homo, ut ſuperſeminaret zizania, eo nequitiæ nonnullorum animos impuliſſet, ut Miſſalibus, Breviariis, ac Ritualibus admiſcerent errores, quibus Eccleſiaſtici, cæterique de Clero inficerentur, opportuno conſilio, & poſt accuratum examen, Romani Pontifices Typis Congregationis de Propaganda Fide, Miſſale Cophticum, ac Maronitarum, ſicut etiam Illyrica, aliaque hujuſmodi Miſſalia recudenda curarunt. Neque ſilentio preterire poſſumus, quantum curæ, ac laboris collatum fuerit in emendando Græcorum Euchologio, quod è Typographia ejuſdem Congregationis ſuperioribus menſibus prodiit abſolutum. Hujus Operis examen magno quidem ſtudio ſub Urbano VIII. Pontifice cœptum fuit, at poſt non multum temporis intermiſſum; inſtauratum autem noviſſimè ſub Clemente XII., proximo Prædeceſſore noſtro: aſt Deus Optimus Maximus eo Nos gaudio perfudit, ut poſt innumeras vigilias, labores, ac diſcuſſiones, Pontificatus Noſtri tempore, a Cardinalibus, Præſulibus, Theologis, ac Viris Orientalium Linguarum peritiſſimis peractas, quin nobis ipſi pepercerimus, inveſtigando nimirum, perlegendo, & expendendo quæcumque inſpicienda, legenda, & examinanda erant, graviſſimum hujuſmodi opus abſolutum intueremur; ea ſemper adhibita accurata, ac quodammodo ſcrupuloſa circumſpectione, nequid minimum læderetur Græcus Ritus, ſed illibatus omninò retineretur, & integer, quamvis cæteroquin ſuperioribus temporibus inter noſtros Theologos non defuerint, qui Orientalium Liturgiarum, Rituumque, qui ante Schiſma in Orientali Eccleſia obtinuerant, penitus ignari, improbarent quidquid adverſabatur Occidentalis Eccleſiæ Ritui, quem tantummodo probè noverant. Utque uno verbo complectamur omnia, in reditu Græcorum, Schiſmaticorumque Orientalium ad Catholicam Religionem curando, id unum Romanis Pontificibus maximæ curæ fuit, ut ex illorum animis radicitus evellerent Arii, Macedonii, Neſtorii, Eutychetis, Dioſcori, Monothelitarum, aliorumque errores, in quos infeliciter proruerant; ſalvis tamen, & intactis Ritibus, ac diſciplina, quam ante Schiſma ſervabant, & profitebantur, quæque venerandis ipſorum antiquis Liturgiis, ac Ritualibus innititur; quin unquam iidem Romani Pontifices popoſcerint, ut ad Catholicam Fidem redeuntes, ſuum Ritum dimitttere, & Latinum amplecti deberent: id namque Eccleſiæ Orientalis, & Græcorum, ac Orientalium Rituum omnimodam ſecum ferret internecionem, quod porro non modo nunquam tentatum, imo vero ſemper fuit, & eſt ab hujus Sanctæ Sedis conſilio quammaxime alienum.

Miſſionariorum quale ſit munus, & quam methodum in eo utiliter obeundo ſectari debeant.

§. 19. Ex his, quæ huc uſque latiori calamo relata ſunt, plura facile inferri poſſunt. Primum quidem, conatus omnes, omnemque diligentiam in id unum impendendam eſſe ab eo Miſſionario, qui Orientales Schiſmaticos, & Græcos, ad unitatem, Deo juvante, redigere contendit, ut ſcilicet ab illorum animis errores

depel-

depellat Catholicæ Fidei adverſantes, quos Majores eorum amplexi ſunt, ut cauſam aliquam prætenderent, qua ſe ab Eccleſiæ unitate ſegregarent, ſubtraherentque ab obedientia ac obſequio, Romano Pontifici, tanquam ejuſdem Eccleſiæ Capiti, exhibendis. Quod vero ſpectat ad argumenta, quibus Miſſionarius uti debet; quum Orientales propriis veteribus Patribus magnopere adhæreant, peracta jam res eſt operoſa ſedulitate diligentiſſimi Leonis Allatii, aliorumque clariorum Theologorum, qui perſpicue demonſtrarunt, convenire maxime inter ſeſe veteres, ſpectabilioreſque Græcorum, noſtroſque Eccleſiæ Occidentalis Patres, in iis omnibus, quæ ad Dogma pertinent, & ad confutationem errorum, quibus Orientales, & Græci nunc temporis miſere implicantur. Quapropter horum Librorum ſtudium maximam indubie afferet utilitatem. Conati ſunt ſane Lutherani præterito ſæculo, Orientales, & Græcos in errores ſuos pertrahere. Idem quoque tentarunt Calviniſtæ infenſiſſimi hoſtes præſentiæ realis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ, & tranſubſtantiationis panis, ac vini in ejuſdem Corpus, & Sanguinem; & in partes ſuas Patriarcham Cyrillum, ut ajunt, adduxerunt. Attamen, cum Græci, licet Schiſmatici, animadvertiſſent, novis Lutheranorum erroribus adverſari ſuorum veterum Patrum auctoritates, præſertim Sanctorum Cyrilli, Joannis Chryſoſtomi, Gregorii Nyſſeni, Joannis Damaſceni, tum authentica argumenta, quæ ex ipſorum Liturgiis depromuntur, ad realem præſentiam, & tranſubſtantiationem aſſerendam; ſe decipi minime paſſi ſunt, nec ullo modo a Catholica veritate recedere voluerunt. Conſtat id omne ex Scheleſtrato in Diſſertatione: *De perpetua conſenſione Orientalis Eccleſiæ contra Lutheranos*: ſub titulo: *De tranſubſtantiatione, pag. 717. tom. 2. Actorum Eccleſiæ Orientalis.* Iidemque duabus in Synodis Patriarcham Cyrillum, ſeu edita ſub ejus nomine Calviniana dogmata, unanimes damnarunt, uti videre eſt apud Chriſtianum Lupum *part.* 5. ad Concilia Generalia, & Provincialia; ac potiſſimum in Diſſertatione: *De quibuſdam locis cap. 9. in fine.* Ex quo primum haud levis ſpes affulget, fore, ut ipſorum oculis ſubjectæ auctoritates veterum Patrum, quæ novis eorumdem erroribus adverſantur, Catholico autem noſtro Dogmati favent quammaxime, facilem iiſdem viam ad reditum ſternant, eoſque ad veram converſionem impellant. Deinde alterum quoque poteſt inferri, nimirum, non modo opus non eſſe, ad Orientales & Græcos in viam unitatis revocandos, ut lædantur ipſorum Ritus, aut corrumpantur; quandoquidem id ſemper alienum fuit ab inſtituto Sedis Apoſtolicæ, quæ in hac ipſa Sacrorum Rituum materia, zizania a tritico, quoties oportuit, ſecernere novit; verum etiam conatus hujuſmodi plurimum optatiſſimæ unioni adverſari, uti recte perpendit Thomas a Jeſu: *De converſione omnium gentium procuranda lib. 7. cap. 2. Oſtendendum etiam, Eccleſiam Romanam probare, ac indulgere, ut quævis Eccleſia propriis adhæreat Ritibus, & Cæremoniis; quippe cum Schiſmatici propriorum Rituum tenaciſſimi ſint. Ne ipſos eorum perdendorum ingruens aliqua ſuſpicio ab Eccleſia Romana alienet, & avertat, opportune laborandum, ut ſe in propriis Cæremoniis inſectandis conſervandos eſſe perſuadeantur.* Demum ex iis, quæ ſupra præjecimus, illud tertio infertur, cavendum omnino eſſe Miſſionario, qui Orientalem ſchiſmaticum reducere cupit, ne eumdem ad Latinum amplectendum Ritum inducere contendat: munus namque hoc unum Miſſionario demandatur, revocandi Orientalem ad Catholicam Fidem, non verò ipſum ad Latinum Ritum inducendi.

Latinis non licet ad Græcum Ritum tranſire, neque Græcis Latinum Ritum ſemel amplexis, ad illum reverti, niſi Apoſtolica intercedat diſpenſatio.

§. 20. Peracta in Florentino Concilio Unione, quam ſuperiùs memoravimus, quidam ex Latinis Catholicis, in Græcia commorantes, arbitrati ſunt, fas ſibi eſſe a Latino Ritu ad Græcum tranſire, allecti fortaſſe ea libertate, quam noverant Græcis præſervatam, retinendi poſt Ordinem Sacrum uxores, quas duxerant, antequam eumdem Sacrum Ordinem ſuſcepiſſent. Verum Nicolaus V. Pontifex Maximus opportunum huic corruptelæ remedium afferre non prætermiſit, uti colligitur ex ejus Conſtitut. *tom. 3. part. 3. Bullarii* recenter Romæ editi *pag. 64. Pervenit ad aures noſtras, quod in Locis, quæ Catholicis in Græcia ſubjecta ſunt, multi Catholici, Unionis prætextu, ad Græcos impudenter tranſeunt Ritus. Mirati admodum ſumus, mirarique non deſiſtimus, neſcientes, quid ſit, quod eos a conſuetudine, ac Ritibus, in quibus nati, enutritique ſunt, in alienigenarum Ritus tranſpoſuit: nam, etſi laudabiles Orientalis Eccleſiæ Ritus ſint, non licet tamen Eccleſiarum Ritus permiſcere, neque id unquam Sacroſancta Synodus Florentina permiſit.* Cùm Latinus Ritus is ſit, quo utitur Sancta Romana Eccleſia, quæ Mater eſt & Magiſtra aliarum Eccleſiarum, reliquis omnibus Ritibus præferri debet: Ex quo porro ſequitur, haud licere a Latino Ritu ad Græcum tranſire; nec illis, qui ſemel a Ritu Græco, vel Orientali, ad Latinum tranſierunt, integrum eſſe ad priſtinum Græcum Ritum reverti, quemadmodum patet ex noſtra Conſtitutione: *Etſi Paſtoralis* 57. *§.* 2. *num.* 13. *Bullarii noſtri Tom. I.**, niſi forte peculiares quædam intercederent circumſtantiæ, quæ impertinendam hac ſuper re diſpenſationem ſuaderent; ſicuti ſuperioribus temporibus aliquando, & nunc etiam accidit in Collegio Maronitarum hujus noſtræ Urbis, in quo, cum quandoque reperiatur aliquis Societatis Jeſu Sacerdos, qui Societatem ingrediens, diſpenſationem obtinuit tranſeundi ad Latinum Ritum, nonnunquam cum eo diſpenſatur, ut in Eccleſia memorati Collegii Miſſam celebret Ritu Syriaco, & Chaldaico, Divinumque Officium juxta eumdem Ritum perſolvat, nempe, ut Alumnos in eodem Collegio degentes Ritum ipſum edoceat. Id liquidò apparet ex pluribus Decretis Congregationis Sancti Officii, uno videlicet dato die 30. Decembris anno 1716., altero die 14. Decembris anno 1740., nec non ex alio recentiori, quod Nos die 19. Auguſti anno 1752. juſſimus expediri.

* In hac Editione Tom. XVI. Conſt. LVII. pag. 94.

Græcis itidem interdictus ad Latinum Ritum tranſitus, ſed non æque; is autem non a Miſſionariis, ſed ab Apoſtolica Sede probandus.

§. 21. Hæc tranſitum de Latino ad Græcum Ritum ſpectant. Nunc autem verba facientes de tranſitu ab Orientali, & Græco ad Latinum Ritum, libere affirmari poteſt, tranſitum hujuſmodi, non æquè, ac primum, interdici; ſed tamen nequaquam licere Miſſionario, Græcum & Orientalem, ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem reverti exoptantem, inducere, ut proprium Ritum dimittat, cum ex hac agendi methodo, graviſſima detrimenta, ſicuti paulò ante innuimus, promanare poſſint. Melchitæ Catholici libenter olim a Græco Ritu ad Latinum tranſibant; ſed vetitum id ipſis fuit, monitique Miſſionarii, ne illis ſuaderent hujuſmodi tranſitum; cujus permiſſio eſt privativo Apoſtolicæ Sedis judicio reſervata, uti manifeſtum fit ex noſtra Conſtitutione: *Demandatam* 85. *§.* 35. *Bullarii Tom. I.** *Præterea omnibus, & ſiegulis Melchitis Catholicis, Græcum Ritum ſervantibns, ad Latinum Ritum tranſire deinceps expreſsè vetamus. Miſſionariis verò omnibus diſtrictè mandamus, ſub pœnis etiam infra exprimendis, aliiſque arbitrio noſtro decernendis, ne cuiquam ex illis hujuſmodi tranſitum a Græco ad Latinum Ritum ſuadere præſumant, aut etiam cupientibus, inconſultâ Apoſtolicâ Sede, permittant.* Conſentanea ſunt Decreta Urbani VIII. Prædeceſſoris noſtri quoad Ritum Græco-Ruthenum, edita in Congregatione Propagandæ Fidei coram ipſo habita die 7. Februarii, ac die 7. Julii anno 1624.

* In hac Editione Tom. XVI. Conſtitut. LXXXVII. pag. 166.

Quam-

Et quid de Italo-Græcis.

Quamvis autem æquum videri poſſet liberam Italo-Græcis relinquere facultatem tranſeundi, ſi liberet, a Græco Ritu ad Latinum, cum ipſi inter nos verſentur, & Latino Epiſcopo ſubjiciantur; tamen conſtitutum eſt, ut Sedis Apoſtolicæ auctoritas ád id omninò requiratur, ſi de Eccleſiaſticis tam Sæcularibus, quàm Regularibus agatur: Si verò Laici, & Sæculares tranſitum hujuſmodi poſtulaverint, Epiſcopi ſufficiat licentia, quam ob juſtas, ac legitimas cauſas, certis quibuſdam perſonis mederatè impertiri quidem poteſt, nunquam verò integræ Univerſitati: In hac enim facti ſpecie Apoſtolicæ Sedis auctoritate opus eſt, uti videre eſt in ſæpe memorata noſtra Conſtitutione: *Etſi Paſtoralis*: 17. §. 2. *num.* 14. *Bullarii noſtri Tom. I.* *

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Objectio ex eo deſumpta, quod aliqui Latinorum Ritus Orientalibus permittantur.

Duplex ſtatuitur Græcorum, & Orientalium Claſſis. Nonnulli ſuis Ritibus ita adhærent, ut Latinos damnent, atque improbent. Exemplis res illuſtratur.

§. 22. Quod ſi defendi vellet, Orientales, & Græcos hæreſim abjurantes, & ad Unitatem redeuntes, allici jure poſſe, ac urgeri ad Ritus ſuos deſerendos, Ritumque Latinum omnino amplectendum, eò quod aliàs probatum fuerit, atque nunc etiam probetur, Orientales, & Græcos Latinum aliquem Ritum ſectari; opportuna haud deſideratur reſponſio. Orientales ſiquidem & Græci duas veluti Claſſes conſtituunt. Prima eſt illorum, qui nequaquam contenti iis rebus, quæ ab Apoſtolica Sede ipſis ad Unionem conſervandam permittuntur, extra honeſtatis limites impudenter feruntur, jactantes, quæcumque a ſe fiunt, ea jure optimo fieri, Latinoſque decipi, qui eadem non peragunt. Exemplo ſit Azymum: Græci, & Orientales, ut Catholici ſint, fateri debent, tam azymum, quàm fermentatum panem, materiam eſſe aptam Sacramenti Euchariſtiæ, & quemlibet Eccleſiæ ſuæ Ritum ſectari oportere; adeo ut quicumque improbat Eccleſiæ Latinæ Ritum, quæ in Euchariſtiæ conſecratione utitur azymo, a veritate recedat, & in errorem prolabatur. Hilarion Monachus in Dialectica ſua Oratione, quam Leo Allatius è Græco ſermone Latinam reddidit *tom.* 1. *Græciæ Orthodoxæ*, edito Typis Congregationis de Propaganda Fide 1652. *p.* 762. hæc advertit: *Et hæc ſcripſi vobis, Græci amiciſſimi, non panem veſtrum, quem adorans æquè ac noſtra azyma revereor, incuſans, ſed exponens, nequè probè, neque ut Chriſtianum addecet, vos gerere, dum Latinorum azyma dicto factoque læditis, injuriáque afficitis; in utriſque enim, ut dictum eſt, verus Chriſtus continetur.* Exemplum eſt itidem ex libertate, Orientali & Græcæ Eccleſiæ relicta, ut qui in ea Sacris Ordinibus, atque etiam Sacerdotio ſunt inſigniti, uxores, quas ante Sacrum Ordinem duxerunt, retinere valeant, uti patet *ex Can. Aliter, diſt.* 31. *& cap. Cum olim, de Clericis Conjugatis.* Romani ſiquidem Pontifices perpendentes id nequaquam adverſari Divino, aut naturali juri, ſed tantum Eccleſiaſticis ſanctionibus, opportunum cenſuerunt conſuetudinem hanc inter Græcos, & Orientales vigentem ferre, ne, auctoritate Apoſtolica ad eam evellendam interpoſita, illis occaſio ab unitate recedendi præberetur; quod rectè expendit Arcudius *in ſua Concordia lib.* 7. *c.* 33. Attamen, quis crederet? non defuerunt, neque deſunt ex Græcis, & Orientalibus, qui Latinam Eccleſiam injuriâ arguunt, tamquam Matrimonio infenſam, propterea quod exemplum Apoſtolorum ſequuta, in ſuis Subdiaconis, Diaconis, ac Presbyteris cœlibatum ſervaverit, ac ſervet. Legi poteſt Hincmarus Rhemenſis *tom.* 2. *ſuorum Operum epiſt.* 51. Tertium denique exemplum ſuppeditant nonnulli ex Cophtis, quorum Ritus præſcribit, ut poſt Baptiſmi Sacramentum illicò adjungatur Confirmatio; qui mos non obtinet in Occidentali Eccleſia, quæ plerumque talem in confirmandis ætatem expoſcit, ut quid bonum, quidve malum ſit, poſſint dignoſcere. Romana Eccleſia veteri Cophtorum conſuetudini non adverſatur. Verum (quis crederet?) extant ex ipſis nonnulli, qui Baptiſmum a Latinis collatum ideo perhorreſcunt, quod poſt Baptiſma, Confirmationis etiam Sacramentum non fuerit miniſtratum. Quamobrem in noſtra Conſtitutione 129., quæ incipit: *Eo quamvis tempore: Bullarii noſtri Tom. I.* * meritò a nobis arguuntur, atque damnantur: *Sicuti lenitati, & patientiæ Sedis Apoſtolicæ conſonum videri poteſt, quod Cophti in ſuo jamdiù recepto, & ab eadem Sede tolerato uſu perſeverent, ita ferendum non eſt, quod Baptiſmum Ritu Latino, & ſeorſim a Confirmatione collatum, acerbo, alienoque animo perhorreſcant.*

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 292.

Altera Claſſis eorum, qui cum propriis Latinũ aliquem Ritum conjungunt. Afferuntur exempla.

§. 23. Alteram Claſſem conſtituunt Orientales illi, & Græci, qui retinentes majori ex parte Ritus ſuos, & inſimul Occidentalium, ac Latinorum Ritus venerantes, ex his nonnullos ſequuntur, ex veteri conſuetudine ſuis Epiſcopis perſpecta, & approbata, atque inſuper ab Apoſtolica Sede expreſsè, vel tacitè confirmata. In hanc Claſſem referri poſſunt Armeni, ac Maronitæ, qui fermentatum deſeruerunt, & Euchariſtiam, ſicuti Latini, in azymo conficiunt, uti teſtatur Abrahamus Echellenſis *in ſuo Eutychio vindicato p.* 477.; quam quidem Armenorum diſciplinam nonnulli tribuunt Sancto Gregorio Illuminatori, primo Armeniæ Epiſcopo, qui initio ſæculi quarti, ſub Tiridate Rege, martyrii coronam eſt conſecutus; alii verò Sancto Silveſtro Pontifici, aut Sancto Gregorio Magno eamdem referunt acceptam, in Conventionibus cum Armenorum natione initis, quæ indicantur a Summo Pontifice Gregorio IX. in ſuis Epiſtolis ad Regem Armeniæ, relatis a Raynaldo *ad annum Chriſti* 1139. *num.* 82. Eam certè diſciplinam ab Eccleſia Romana Armenis traditam, teſtatur eorumdem Armenorum Siſenſis Patriarcha Gregorius, in epiſtola ad Haytonem patrem Leonis Regis Armeniæ Cœnobitam, *apud Clementum Galanum, in Conciliatione Eccleſiæ Armenæ cum Romana Tom. I. p.* 449., ſic ſcribens: *Quocirca nos a S. Romana Eccleſia, aquæ commixtionem* (cum vino in Calice) *modo recipimus, ſicut ab eadem acceptum habemus Azymum, Mitram Epiſcopalem, & modum ſignandi Crucem.* Vetuſtiſſima pariter, & immemorabilis eſt apud Maronitas azymi conſuetudo, uti conſtat ex Morini *Præfatione ad Maronitarum Ordinationes; & ex Bibliotheca Orientali Aſſemani ſenioris tom.* 1. *p.* 410.; atque ex Synodo Nationali in Monte Libano congregata anno 1736., & a Nobis in noſtra Conſtitutione: *Singularis*: 31. *Bullarii noſtri Tom. I.* * confirmata, in cujus *c.* 12. *de Sacramento Euchariſtiæ*, cum de azymo agitur, hæc leguntur: *Qui mos, & in Eccleſia noſtra, & apud Armenos quoque in Oriente, ab immemorabili tempore obtinuit, & authentica etiam hujus rei documenta proferre poſſumus.* Hoc Armenorum, & Maronitarum exemplo, Beſſarion Cardinalis, cui primum Abbatia Cryptæ Ferratæ ſita in Diœceſi Tuſculana fuerat commendata, id obtinuit, ut Græci Monachi in illa degentes in azymo conſecrarent, quemadmodum legere eſt in noſtra Conſtitutione 33. *Inter multa*: §. *Ut autem: Bullarii noſtri Tom. II.* * Idem ſemper ſervatum fuit, hodieque ſervatur in Eccleſia Collegiata S. Mariæ *de Grafeo* nuncupata, ſita in Meſſanenſi Diœceſi, licet ipſius Clerus Ritum Græcum retineat, uti videri poteſt in noſtra Conſtitutione 81., quæ incipit: *Romana Eccleſia*, §. 1. *Bullarii noſtri Tom. I.* * quamvis, generatim loquendo, Presbyteri Italo-Græci ſervent in Italia, Inſuliſque adjacentibus ſuam diſciplinam, ac Ritum conficiendi in fermentato Euchariſtiam; moneanturque impenſius Sacerdotes Latini, vel Græci Ritus, ne Euchariſtiam conſecrare, ac diſtribuere juxta proprium cujuſque Ritum prætermittant, uti declaratur in noſtra Conſtitutione, quæ incipit: *Etſi Paſtoralis*, 57. §. 1. *num.* 2., *ac* §. 6. *num.* 10. *& ſeq. Bullarii noſtri Tom. I.* *

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 45.

* In hac Editione Tom. XVII. pag. 157.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 153.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Ritus miniſtrandi Euchariſtiã Infantibus, illico poſt Baptiſmum, quando obtinuerit, & quare obſoleverit.

§. 24. Quibuſdam Eccleſiæ ſæculis is uſus obtinuit, ut poſt Baptiſmi Sacramentum Euchariſtia pueris traderetur, haud quidem ex ea perſuaſione, quod eſſet ad æternam puerorum ſalutem neceſſaria, ſed ex mero ritu, & conſuetudine tunc temporis vigente, quemadmodum ſapienter animadverterunt Tridentini Concilii Patres, *Seſſ.* 21. *cap.* 4. Inter errores Armenorum a Summo Pontifice Benedicto XII. damnatos,

quinquageſimus octavus apud Raynaldum *ad annum Chriſti* 1314. *§. 66.*, recenſetur ille, quo aſſerebant, ad æternam puerorum ſalutem, & Baptiſmi iis collati validitatem, præter Confirmationis ſacramentum, Euchariſtiam etiam iiſdem eſſe adminiſtrandam. In Occidentali Eccleſia, quadringentis, & amplius ab hinc annis, Euchariſtia pueris poſt Baptiſmum non adminiſtratur. Verum negari nequit, in Libris Ritualibus Orientalium, commemorari Ritum Communionis poſt Baptiſmum pueris adminiſtrandæ. Aſſemanus junior *lib. 2. Codicis Liturgici pag.* 149. refert ordinem miniſtrandi Baptiſmi apud Melchitas; *pag.* quoque 309. ordinem exſcribit Baptiſmi Syrorum, eeitum a Philoxeno Mabugenſi Epiſcopo Monophyſita; *pag.* 306. alium affert deſumptum a veteri Rituali Severi Patriarchæ Antiocheni Monophyſitarum anteſignani :- *& lib. 3. ejuſdem Codicis pap.* 95. *& pag.* 130. binos alios ordines commemorat, ſervatos inter Armenos, & Cophtos in miniſtrando Baptiſmo; quibus omnibus præcipitur, ut pueris poſt Baptiſmum Euchariſtia miniſtretur. Hujuſmodi conſuetudinem apud nonnullos Græcos ad ſua uſque tempora obtinuiſſe ait Sanctus Thomas 3. *part. quæſt.* 80. *art. ad tertium.* Arcudius vero *lib. 3. de Sacramento Euchariſtiæ cap.* 11. hanc eſſe Græcorum diſciplinam ſcribit; ſed aliqui ex ipſis paulatim eam deſeruerunt, propter incommoda, quæ in præbenda pueris poſt Baptiſmum Euchariſtia identidem intercedebant. In actis Synodi ſub Sergio Patriarcha Antiocheno Maronitarum, habitæ in Monte Libano die 18. Septembris anno 1596. cui præfuit Pater Hieronymus Dandinus Societatis Jeſu, Nuncius Summi Pontificis Clementis VIII., hæc verba leguntur *can. 7.*: *Quoniam parvulis ſine indecentia maxima, venerabiliſque Sacramenti injuria, vix poteſt Sacra Chriſti Communio dari, caveant in poſterum Sacerdotes univerſi, ne quemquam ante rationis uſum ad eam admittant.* Conſentiunt Patres Concilii Zamoſciæ habiti anno 1720. §. 3. *de Euchariſtia.* Idemque firmatum legitur in Actis Libanenſis Concilii, quod habitum fuit anno 1736. *cap. 12. de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento num.* 13., cujus hæc ſunt verba: *In antiquis quidem noſtris Ritualibus, ſicut & in Ordine vetere Romano, & in Euchologiis Græcis, Baptiſmatis Miniſtro diſertè præcipitur, ut infantes mox a Baptiſmate, Chriſmate delibutos, paſcat Euchariſtiæ Sacramento; nihilominus tum ob debitam huic Auguſtiſſimo Sacramento reverentiam, tum quia idem non eſt infantibus ac pueris ad ſalutem neceſſarium, præcipimus, ut infantibus quidem, dum baptizantur, Euchariſtia nullo pacto, neque ſub ſpecie Sanguinis, porrigatur.* Quod ipſum ſtatutum fuit in Conſtitutione pro Italo Græcis, incipiente: *Etſi Paſtoralis*: 57. *§. 2. num. 7. Bullarii noſtri Tom. I.* *

* In hac Editione Tom. XVI. p. 94

Vetuſtior recentiorque traditur Eccleſiæ Græcæ diſciplina, quoad Communionem ſub utraque ſpecie.

§. 25. De uſu adminiſtrandæ Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie etiam Laicis, quoad Orientalem, & Græcam diſciplinam, fuſè diſſerunt Arcudius *in Concordia Occidentali, & Orientali in Sacramentorum adminiſtratione lib. 3. cap. 4.*, & Leo Allatius *in prima adnotatione de Eccleſiæ Occidentalis, atque Orientalis conſenſione p.* 1614. *& ſeq.* In Græcorum Collegio, quod Romæ, uti diximus, erectum fuit a Gregorio XIII., ea indicta lege, ut Græcus in eo Ritus ſervetur, quemadmodum præfatus Leo Allatius teſtatur *in ſuo Tractatu de ætate, & Interſtitiis pag.* 21., juxta ipſius Collegii Conſtitutiones a Summo Pontifice Urbano VIII. confirmatas, debent Alumni quolibet octiduo animi ſordes Pœnitentiæ Sacramento eluere, & Sacram Euchariſtiam ſumere quintadecima quaque die, nec non feſtis diebus ſolemnibus, & ſingulis Adventus, & Quadrageſimæ Dominicis, Latino Ritu ſervato; in feſtis verò ſolemnioribus, videlicet diebus Paſchatis, Pentecoſtes, & Nativitatis Domini, jubentur, Euchariſtiam ſub utraque ſpecie Ritu Græco ſuſcipere, hoc eſt in fermentato, Sanguine intincto, ad quam rem perficiendam Sacerdos utitur parvo cochleari, quod infert in os ſuſcipientis Euchariſtiam: Idemque Ritus ſervatur cum reliquis Græcis omnibus, qui prædictis diebus ad ſolemne Miſſæ Sacrificium conveniunt, aut qui aliis per annum diebus in Eccleſia Græci Collegii ſibi Euchariſtiam Ritu Græco adminiſtrari depoſcunt. Verum Italo Græcis in memorata Conſtitutione: *Etſi Paſtoralis*: 57. *§. 6. num.* 15. * Euchariſtia ſub utraque ſpecie permittitur in illis dumtaxat locis, in quibus Ritus hujuſmodi Communionis retentus viget; ſed in aliis locis, ubi idem Ritus obſolevit, Euchariſtia ſub utraque ſpecie prohibetur. Ab hac diſciplina, ſeu ritu ſumendæ Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie, licet in univerſa Orientali Eccleſia recepto, nonnulli Græci, & Orientales paulatim receſſerunt. Lucas Holſtenius, vir ſanè clari nominis, in Epiſtola ad Bertoldum Nimiſium, quæ typis impreſſa affertur in Opuſculis Græcis, ac Latinis Leonis Allatii *pag.* 436. refert, ſe præbuiſſe Euchariſtiam in Vaticana Baſilica Presbytero Abyſſino, qui cum aliis communicaturus, ad ſacram Menſam acceſſerat; cumque eum ſub unica ſpecie panis Euchariſtiæ participem feciſſet, ab ipſo deinde, atque etiam ab aliis Æthiopicæ Eccleſiæ hominibus, ſciſcitatum fuiſſe, an, juxta Patriæ ſuæ Ritum, Euchariſtiam ſub unica ſpecie panis ſumere conſueviſſent, tam in ſolemni Lyturgia, quam in quotidiana Euchariſtiæ participatione, necnon cum ad eos extremo morbo laborantes eadem in Viaticum afferebatur; teſtaturque, fuiſſe ſibi ab ipſis reſponſum, Sacram Synaxim ſub unica ſpecie panis ſibi ſemper adminiſtrari, hancque eſſe veterem diſciplinam in Æthiopica Eccleſia obtinentem. Inter quæſita Summo Pontifici Gregorio XIII. propoſita a Patriarcha Maronitarum, ſequens recenſetur: *Nos Miſſam celebramus in ſolo azymo: Laici verè noſtri ſub utraque ſpecie communicant;* cui Pontifex his verbis reſpondit: *Si volunt in azymo conſecrare, non videntur prohibendi: Laici verò a Communione ſub utraque ſpecie pedetentim arcendi ſunt; totus enim Chriſtus ſub una ſpecie continetur, & in uſu Calicis magnum eſt periculum effuſionis*: uti legere eſt in laudato Opere Thomæ a Jeſu, *de Converſione omnium gentium pag.* 486. *& ſeq.* Patres etiam Concilii Libanenſis habiti anno 1736. *part. 2. cap. 12. num.* 21. hujuſmodi conſilio inhærentes, ita ſtatuerunt: *Deinde ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ inſtitutis inhærentes, præcipimus, & ſtrictè mandamus, ne cui Laico, vel Clerico in minoribus Ordinibus conſtituto, Communio ſub utraque ſpecie tradatur, ſed ſub una tantum, panis nimirum*: Solis Diaconis permittentes, ut in ſolemni Miſſa Euchariſtiam ſub utraque ſpecie a Sacerdote accipiant, hoc eſt ſub ſpecie panis primum, deinde ſub ſpecie vini, ſemoto tamen, quem ſuperius commemoravimus, cochlearis uſu: *At vero Diaconis, ut Hoſtiam Sanguine intinctam a Sacerdotibus, in ſolemni præſertim Miſſa, accipere poſſint & valeant, concedimus & permittimus, modò abſit cochlearis uſus, quem omnino abrogandum eſſe ſtatuimus.*

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Rituſque affundendi aquam tepidam in calicem poſt cõſecrationem, & ante conſummationem.

§. 26. Poſtremò, ab Euchariſtiæ Sacramento minimè recedentes, hic verba faciemus de alio Orientali, & Græco Ritu, quo nimirum Sacerdos poſt conſecrationem, & ante conſummationem, paululum aquæ tepidæ in calicem fundit. Matthæus Blaſtares *in Syntagmate Alphabetico cap. 8. tom. 2. Synodicon Græcorum pag.* 153. hujuſmodi Ritum commemorat, ejuſque ſignificationem affert. Eutymius Tyri ac Sidonis Archiepiſcopus anno 1716. Summo Pontifici Clementi XI. nonnulla quæſita propoſuit, quorum alterum erat, utrum Melchitis Syriæ, ac Paleſtinæ interdicere deberet, aquam tepidam Divino

Sanguini

Sanguini poſt Conſecrationem affundere; cui redditum fuit reſponſum, adjecta accurata, & luculenta inſtructione ab eodem Pontifice approbata, ejuſque juſſu tranſmiſſa ad Superiores Miſſionum Terræ Sanctæ, Damaſci, Tyri, ac Sidonis; injunctumque prædicto Archiepiſcopo, ne id fieri interdiceret, cum de veteri Ritu ageretur, Sedi Apoſtolicæ perſpecto, & Græcis Sacerdotibus etiam Romæ permiſſo; per quem innuitur Fidei ardor, qui maximus erga tantum Myſterium debet conflagrare. Simile reſponſum die 31. Martii anno 1719. juſſu Benedicti Papæ XIII. datum fuit Cyrillo Græcorum Patriarchæ Antiocheno. Idem Ritus Italo-Græcis permittitur in citata Conſtitutione 57. *Etſi Paſtoralis*, §. 6. *num.* 2. *Bullarii noſtri Tom. I.* * Cumque ſubinde in Congregationibus, quæ pro correctione Librorum Eccleſiaſticorum Eccleſiæ Orientalis habitæ fuerunt, ad accuratiorem quamque diligentiam adhibendam, diu multumque diſputatum fuiſſet, utrum interdicendus eſſet Ritus infundendi in calicem aquam tepidam poſt Conſecrationem, cum potiſſimum Humbertus Cardinalis Sylvæ Candidæ ſuperioribus temporibus plurimum adverſus eumdem Ritum declamaſſet, reſponſum fuit die 1. Maji anno 1746., *nihil eſſe innovandum*, quod reſcriptum a Nobis deinde confirmatum fuit; rationibus enim a prædicto Cardinali allatis nil ponderis ineſſe compertum fuit. Attamen Patres Concilii coacti in urbe Zamoſciæ anno 1720., graves ob cauſas, inhibuerunt Ruthenis Sacerdotibus, ne aquam tepidam poſt Conſecrationem in calicem funderent, uti legi poteſt §. 4. de celebratione Miſſarum: *Inhibet, gravem ob cauſam, & abrogat toleratam in Orientali Eccleſia conſuetudinem, ad conſecratas calicis ſpecies aquam tepidam affundendi, poſt Conſecrationem, ante Communionem.*

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Allata huc uſque exempla, ad propoſitam ſuperius objectionem probandam, inepta demonſtrantur.

§. 27. His ſane, & aliis hujuſmodi exemplis, quæ facilè cumulari poſſent, inniti valent, qui erga tranſitum a Ritu Orientali & Græco, ad Occidentalem & Latinum ſunt propenſiores, vel certe quidem putant ſe jure optimo agere, dum Schiſmaticum Orientalem ad Eccleſiæ unitatem convertentes, ſatagunt eumdem abducere ab aliquo Ritu, quem ſervare conſueverat, priuſquam nobis conſentiret, quique a reliquis omnibus Orientalibus & Græcis, ex veteri diſciplina, firmiter retinetur & obſervatur. Verùm, neque ſuperius allata exempla, nec cætera, quæ in medium proferri poſſent, quidquam illorum opinioni ſuffragantur; tum quia in tranſitu a Ritu Orientali & Græco, ad Occidentalem & Latinum, tollitur omnino quidquid ab ipſo Græco Ritu præſcribitur, & noſtro Ritui non conformatur; quod non contingit in iis exemplis, quæ paulò ſuperius allata ſunt, quibus nempe, ſi aliqua peculiaris ſolemnitas Græci Ritus tollitur, Ritur tamen ipſe, ac reliqua omnia eodem Ritu præſcripta intacta ſervantur; tum quia partem etiam aliquam demere ex aliquo Ritu, ſalvis reliquis ejuſdem Ritus partibus, non eſt privati viri, ſed auctoritas publica intercedat neceſſe eſt, videlicet Supremi Capitis univerſalis Eccleſiæ, qualis plane eſt Romanus Pontifex. Sedes namque Apoſtolica ea eſt, quæ præcipuo quodam jure, quoties ipſi conſentaneum viſum fuit, ab Orientali Eccleſia Ritum aliquem deſumpſit, & in Occidentalem traduxit; aut permiſit, Ritum aliquem Græcum in aliqua Latina Eccleſia uſurpari. Eademque Apoſtolica Sedes, quoties deprehendit, periculoſum vel indecorum aliquem Ritum in Orientalem Eccleſiam irrepſiſſe, illum damnavit, improbavit, ejuſque uſum ipſi prohibuit. Ipſa denique Apoſtolica Sedes, poſtquam vidit Orientalem, vel Græcam aliquam gentem in aliquo Latino Ritu uſurpando, ac defendendo, vehementer obfirmatam, ac potiſſimum, quando Ritus ipſe ab antiquo tempore invectus fuit, ab omnibus communiter receptus, atque expreſſe, vel tacitè ab Epiſcopis probatus, Ritum ipſum tolerando, & ſic approbando, firmavit.

Triplex præcipuum Sedis Apoſtolicæ munus, admittendi Græcos Ritus in Latinam Eccleſiam, interdicendi noxios in Græca, & eidem permittendi innoxios.

Exempla Græcorum Rituum, quos Sedes Apoſtolica a Græca in univerſam Eccleſiam tranſtulit, vel in aliqua Eccleſia Latina uſurpari permiſit.

§. 28. In Latina, & Græca Lyturgia recitatur Symbolum, ejuſque recitatio in Miſſæ Sacrificio in Eccleſia Orientali primum inſtituta, deinde in Occidentalem traducta eſt, uti colligitur ex tertio Toletano Concilio habito anno 589. *can.* 2. *tom.* 5. Collectionis Labbeanæ *pag.* 1009. cujus hæc ſunt verba: *Ut per omnes Eccleſias Hiſpaniæ vel Gallæciæ, ſecundum formam Orientalium Eccleſiarum, Concilii Conſtantinopolitani, hoc eſt centum quinquaginta Epiſcoporum, Symbolum Fidei recitetur, ut, priuſquam Dominica dicatur Oratio, voce clara a populo decantetur.* Quare, cum Patres Toletani Concilii, diſciplinam ſtatuentes recitandi Symbolum in Sacrificio Miſſæ, ſe ad Ritum Orientalium Eccleſiarum retulerint; id ſatis eſt ad agnoſcendum, hujuſmodi diſciplinam in Oriente primo inſtitutam, inde in Occidentem promanaſſe; ſicut advertunt Cardinalis Bona *Rerum Lyturgic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 2., & Georgius *de lyturgia Romani Pontificis tom.* 2. *cap.* 20. *num.* 2. *pag.* 176. Sed rem propoſitam perſequendo, Amalarius *in libro de Divinis Officiis cap.* 14., poſtquam, innixus auctoritate Sancti Paulini in Epiſtola *ad Severum*, retulit, ſola Feria ſexta majoris Hebdomadæ in Eccleſia Hieroſolymitana exponi conſueviſſe populo adorandam Crucem ipſam, in qua Chriſtus pependit, huic Græcæ conſuetudini tribuit Ritum adorationis Sanctæ Crucis, quæ in Officio prædictæ Feriæ ſextæ in unaquaque Latina Eccleſia ad hanc uſque diem peragitur. Triſagium *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis, miſerere nobis*, pia eſt, & frequentiſſima Oratio in Græcorum Lyturgia, uti rectè advertit Goarius in notis ad Euchologium in Miſſam Sancti Joannis Chryſoſtomi *pag.* 109. Ejus Orationis origo repetitur ex miraculo, quod medio ſæculo quinto contigit in Regia Urbe Conſtantinopolitana; cum enim Theodoſius Imperator, Patriarcha Proclus, & univerſus populus in aperto ad Deum preces effunderent, ut ab imminenti liberarentur excidio, quod ipſis ab ingentibus terræ motibus impendebat, puer repentè in Cælum rapi viſus eſt, qui deinde in terram demiſſus, retulit ſe audiviſſe Angelos prædictum Triſagium canentes; quare, cum juſſu Procli Patriarchæ, univerſus populus illud devotè ceciniſſet, terra ab horrendis, quibus concutiebatur, motibus, conquievit, uti narrat Nicephorus *lib.* 14. *cap.* 46., rectèque proſequitur Summus Pontifex Felix III. in epiſtola tertia ad Petrum Fullonem, quæ habetur *tom.* 4. Labbeanæ Collectionis. Idem vero Triſagium in Eccleſia Occidentali Feria Sexta majoris Hebdomadæ Græcè, & Latinè canitur, quemadmodum appoſitè animadvertit Cardinalis Bona *Rerum Lyturgicar. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 5. Aquæ benedictio in pervigilio Epiphaniæ ex Ritu eſt Græcæ Eccleſiæ proprio, uti fuſè oſtendit Goarius in Euchologio, ſive Rituali Græcorum, & nunc etiam prædicta die Romæ in Græcorum Eccleſia peragitur hæc functio, de qua in allata ſuperius Conſtitutione noſtra 57. §. 5. *num.* 13. mentio habetur, ſimulque permittitur, ut Fideles eadem aqua benedicta aſpergantur. De tranſitu Ritus hujuſmodi ab Orientali in aliquas Occidentales Eccleſias videri poſſunt, quæ congeſſit eruditus Martene *tom.* 4. *de antiqua Eccleſiæ diſciplina in Divinis celebrandis Officiis cap.* 4. *num.* 2., & quæ afferuntur in Diſſertatione Patris Sebaſtiani Pauli Congregationis Matris Dei, edita Neapoli anno 1719., cui titulus eſt: *De ritu Eccleſiæ Neritinæ exorcizandi aquam in Epiphania*, ubi propterea *part.* 3. *pag.* 177. *& ſeq.* opportunè monet Epiſcopos, in quorum Diœceſes longo abhinc tempore nonnulli Ritus ab Eccleſia Græca manantes

irrepſerunt, ut illos de medio tollere tantopere non contendant, ne turbæ excitentur, & ne videantur improbare rationem agendi Sedis Apoſtolicæ, quæ Ritus illos irrepſiſſe cum optimè noverit, eoſdem tamen ſervari & frequentari permiſit; affertque etiam *pag.* 203. epiſtolam Cardinalis Sanctorii, Sanctæ Severinæ nuncupati, ſcriptam anno 1580. ad Fornarium Epiſcopum Neritinum, de hoc ipſo argumento, & de aquæ benedictione in Epiphania, quæ in illa Diæceſi peragitur. Græcus pariter eſt Ritus ſpoliandi, ac lavandi Altare Feria quinta in Cœna Domini. Hujuſce Ritus monumentum aliquod reperire eſt ſæculo quinto; de eo namque meminit in ſuo Typico, ſive Ordine recitandi Officium Eccleſiaſticum per totum annum, S. Sabas, qui, teſte Leone Allatio *de Libris Eccleſiæ Græcæ diſſert.* 1. *pag.* 9., abiit anno 451. Si certò affirmari poſſet Ordinem Romanum ab Hittorpio editum, Sancti Gelaſii Pontificis juſſu compoſitum fuiſſe, Ritus lavandi Altaria Feria quinta in Cœna Domini, prædictæ Græcorum conſuetudini fuiſſet quaſi coævus in Latina Eccleſia, cum Sanctus Gelaſius Pontifex obierit *anno* 496. At, cum incertum ſit, utrum Romanus Ordo ab Hittorpio vulgatus, tantæ antiquitatis merito præſtet, & cum, eo ſepoſito, Sanctus Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus inter Latinos primus extiterit, qui de hoc Ritu verba fecerit; idemque S. Iſidorus *anno* 636. ſit vita functus; ſatis id eſt, ut ab Oriente in Occidentem fluxiſſe aſſeratur Ritus prædictus, qui in hunc uſque diem in nonnullis Latinis Eccleſiis retinetur, probantibus Romanis Pontificibus; ac potiſſimum in Vaticana Baſilica, magna cum Solemnitate, Feria quinta in Cœna Domini quotannis peragitur. Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis, & Vicarius ejuſdem Baſilicæ, & Joannes Chryſoſtomus Battellus Archiepiſcopus Amaſenus, qui in minoribus inter Beneficiatos ejuſdem Baſilicæ recenſebatur, duas elucubratiſſimas Diſſertationes ediderunt, quibus prædictum Ritum illuſtrarunt. Quæ cum ita ſint, exemplis, & factis apertè evincitur id, quod paulo ante diximus, Sedem videlicet Apoſtolicam non omiſiſſe, quoties id rationi conſentaneum putavit, aut adſciſcere in univerſam Latinam Eccleſiam Ritus, qui ad Græcam Eccleſiam pertinebant, aut permittere, ut peculiares quidam Ritus, qui ab Eccleſia Græca manarunt, in nonnullis Latinis Eccleſiis obſervarentur.

**Exempla Rituum, quos juſtis de cauſis a Græca Eccleſia proſcripſit Apoſtolica Sedes.**

§. 29. Jam paulo ſuperius de Triſagio ſermonem fecimus, deque admirabili modo, quo cantus ejuſdem in Sacras Lyturgias Eccleſiæ Græcæ inductus fuit: Cum tamen Petrus Fullo, cognomento Gnaphæus, fautor hæreſis Apollinariſtarum, qui Theopaſchitæ appellantur, auſus fuiſſet Triſagio hæc verba ſuperaddere: *Qui crucifixus es pro nobis*: ſicuti fuſe commemorat Theodorus Lector *lib.* 1. *Collectanear.*; & cum nonnullæ Orientis Eccleſiæ, ac potiſſimum Syrorum, & Armenorum, opera cujuſdam Jacobi Syri, teſte Nicephoro *lib.* 18. *cap.* 52. additamentum hujuſmodi recepiſſent; haud prætermiſerunt Romani Pontifices, pro ea, quam in ſimilibus adhibere conſueverunt, vigili cura & ſollicitudine, inoleſcenti errori ſe opponere, factamque Triſagio additionem interdicere; rejicientes interpretationem, qua, Triſagium ipſum referendo ad ſolam Filii perſonam, non vero ad tres Divinas perſonas, omnem erroris ſuſpicionem adimi jactabatur; tum quia periculum ſemper ſupererat adhærendi dogmati hæretico; tum quia humanæ mentis præſumptio ad ſolum Chriſtum referre minime poterat Hymnum ab Angelis in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis decantatum, ſicuti Lupus recte expendit *in notis ad Can.* 81. *Trullanum*, ubi, poſtquam retulerat, a Felice III., & Romana Synodo damnatam fuiſſe additionem Triſagio factam, ita ſubdit: *Hymnum ſoli Divinæ Trinitati a Sanctis ſemper Angelis adcantatum, Eccleſiæ ab ipſo Deo ac eiſdem Sanctis Angelis in puero laudato traditum, malorum Regiæ Urbi impendentium depulſione confirmatum, ac in eodem ſenſu & ratione comprobatum a plena Synodo Chalcedonenſi, conſtanter aſſeverant*, (loquitur de Epiſcopis tum in prædicto Concilio congregatis, tum de aliis additamentum Triſagio factum reſpuentibus) *humana præſumptione non potuiſſe ad ſolum Chriſtum detorqueri.* S. Gregorius VII. eodem Religionis ſtudio ipſam additionem improbavit in ſua epiſtola prima *lib.* 8. ſcripta ad Archiepiſcopum, ſive Patriarcham Armenorum. Idem præſtitit Gregorius XIII. in nonnullis ſuis epiſtolis datis in forma Brevis ad Patriarcham Maronitarum die 14. Februarii anno 1577. In Congregatione autem Propagandæ Fidei, habita die 30. Januarii anno 1635., cum examini ſubjecta fuiſſet Armenorum Lyturgia, atque inter cætera accuratiori diſquiſitione fuiſſet expenſum, utrum additio inducta Triſagio tolerari poſſet, ob indicatam cauſam, quod illa ad ſolam Filii perſonam relationem habere poſſe videretur, reſponſum fuit, id non eſſe permittendum, additionemque omnino expungendam. Summus Pontifex Gelaſius in ſua epiſtola nona ad Epiſcopos Lucaniæ *cap.* 26. pravam conſuetudinem jam invectam improbavit, juxta quam, mulieres Sacerdoti Miſſam celebranti inſerviebant; cumque idem abuſus ad Græcos tranſiiſſet, Innocentius IV. in epiſtola, quam ad Epiſcopum Tuſculanum dedit, eumdem ſeveriſſime proſcripſit: *Mulieres autem ſervire ad Altare non audeant, ſed ab illius miniſterio repellantur omnino*: Iiſdem verbis a Nobis quoque prohibetur in noſtra ſæpius citata Conſtitutione: *Etſi paſtoralis*: *§.* 6. *num.* 21. *Tom. I.* * *Bullarii Noſtri.* Feria quinta Majoris Hebdomadæ, ad recolendam Dominicæ Cœnæ memoriam, ſacra peragitur functio, in qua conſecratur panis, qui per integrum annum aſſervatur, ut illo reficiantur lethali morbo laborantes, qui Sacram Synaxim in Viaticum ſibi depoſcunt, & aliquando etiam eidem pani conſecrato exigua pars vini conſecrati affunditur. Ritus hujuſmodi a Leone Allatio deſcribitur in ſuo Tractatu *de Communione Orientalium ſub ſpecie unica num.* 7. Summus Pontifex Innocentius IV. in laudata epiſtola ad Epiſcopum Tuſculanum, Ritum illum Græcis interdixit, hiſce verbis: *Euchariſtiam in die Cœnæ Domini conſecratam, uſque ad annum, prætextu infirmorum, ut videlicet de illa ipſos communicent, non reſervent*: addiditque, ut paratam ſemper Euchariſtiam haberent pro Infirmis, ſed illam qualibet decima quinta die renovarent. *Arcudius in Tract. de Concordia Eccleſiæ Occidentalis, & Orientalis lib.* 3. *cap.* 55. *&* 56. abſurditates, quæ ex eo Ritu promanabant, indicare haud prætermiſit, deprecans Romanos Pontifices, ut illum penitus abrogarent. Præſtitit id Clemens VIII. in ſua Inſtructione, idemque & Nos præſtitimus in noſtra Conſtitutione: *Etſi Paſtoralis* 57. *§.* 6. *num.* 3. *& ſeq.* In Concilio Zamoſciæ, a duabus Congregationibus, Concilii videlicet, ac Propagandæ Fidei examinato, *§.* 3. *de Euchariſtia*, legitur ſtatutum, ut ſi alicubi adhuc vigeret Ritus conſecrandi Euchariſtiam Feria quinta in Cœna Domini, eam ſuffundendi aliqua gutta Sanguinis, ſervandique pro infirmis in annum integrum, in poſterum omnino prætermittatur; ſed Parochi Euchariſtiam pro Infirmis ſervent, ipſam qualibet octava, aut decima quinta die renovantes. Eamdem viam inſtiterunt Patres Concilii Libanenſis a Nobis confirmati, ſicuti patet *ex cap.* 12. *de Sacramento Euchariſtiæ num* 24. Quibus ſane exemplis manifeſto comprobatur, quod

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Sedes

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Sedes Apoſtolica nunquam omiſerit Græcis interdicere Ritus aliquos, licet apud eos jampridem obtinerent, quoties eoſdem pernicioſos & malos eſſe, aut evadere poſſe deprehendit.

Hac ipſa tamen in re, Apoſtolica Sedes, pro circumſtantiarum varietate, epicheiam adhibuit.

§. 30. De Proceſſione Spiritus Sancti à Patre, ac Filio, quemadmodum ſuperius indicavimus, præcipue diſputatum eſt, quoties de unione Græcæ, & Orientalis Eccleſiæ cum Latina, & Occidentali actum fuit. Hujus articuli examen trinam veluti faciem præſetulit, atque adeo ad hæc tria capita redactum eſt. Primum, an proceſſio Spiritus Sancti a Patre & Filio eſſet Fidei Dogma: & quoad primum hoc caput, firmiſſime reſponſum ſemper fuit, non eſſe ullo modo dubitandum, quin proceſſio Spiritus Sancti a Patre & Filio inter Fidei Dogmata adnumeretur; neque Catholicum revera eſſe, qui illud non recipit, ac profitetur. Alterum, an, poſito hoc eſſe unum ex Fidei Dogmatibus, licuerit in Symbolo Miſſæ ſuperaddere verbum *Filioque*, quamvis neque in Nicœna, neque in Conſtantinopolitana Synodo illud reperiretur, cum potiſſimum ab Oecumenica Synodo Epheſina decretum fuerit, ne quid Nicæno Symbolo adderetur: *Statuit Sancta Synodus, alteram Fidem nemini licere proferre, aut conſcribere, aut componere, præter definitam a Sanctis Patribus, qui in Nicœa cum Spiritu Sancto congregati fuerunt.* Quod autem ad alterum hoc caput attinet, firmatum fuit, non modo licuiſſe, ſed & valde conveniens fuiſſe, ut hujuſmodi additio fieret Nicæno Symbolo; eò quod Epheſinum Concilium ſolummodo inhibuerit additiones Fidei oppoſitas, aut temerarias, & a communi conſuetudine devias; non vero orthodoxas, & quibus aliquis Fidei articulus in eodem Symbolo implicite contentus, explicatius declararetur. Tertium denique, utrum, poſita pro indubio Fidei dogmate Proceſſione Spiritus Sancti a Patre, & Filio, agnitaque inſuper in Eccleſia poteſtate addendi Symbolo vocem *Filioque*; permitti poſſet, ut Orientales, & Græci in Sacrificio Miſſæ Symbolum recitarent ad eum modum, quo prius, & ante Schiſma conſueverant, quod perinde eſt ac dicere, prætermiſſa voce, *Filioque*. Quod autem pertinet ad poſtremum hoc caput, non eadem ſemper fuit Sedis Apoſtolicæ diſciplina; quandoque enim Orientalibus & Græcis, Symbolum abſque voce *Filioque* recitare permiſit; tunc nimirum, cum certo conſtiterat, priora duo capita, ſeu articulos ab illis recipi, noveratque omnino fore, ut, ſi iiſdem denegaretur id quod tanto ſtudio depoſcebant, exoptatæ Unioni aditus intercluderetur: Nonnunquam verò Symbolum cum additione *Filioque*, ab Orientalibus, & Græcis recitari omnino voluit; cum ſcilicet merito ſuſpicari potuit, eoſdem ideo nolle Symbolum cum additamento recitare, quod adhærerent errori opinantium, ac aſſerentium, Spiritum Sanctum à Patre, & Filio non procedere, vel ab Eccleſia additionem illam, *Filioque*, Symbolo fieri non potuiſſe. Duo Summi Pontifices, nempe Beatus Gregorius X. in Lugdunenſi Concilio, & Eugenius IV. in Florentino, primam agendi rationem, ob indicatas cauſas, cum Græcis adhibuerunt, uti conſtat ex *tom.* 7. Collectionis Conciliorum Harduini *pag.* 698. *D*, & *tom.* 9. ejuſdem Collectionis *pag.* 395. *D.* Alteram vero rationem, ex cauſis itidem ſupra allatis, amplexus eſt, ſervavitque Summus Pontifex Nicolaus III., cum deprehendit, Michaelem Imperatorem ex bona fide non agere, neque iis ſtare, quæ pollicitus fuerat in tractanda Unione, quam cum Pontifice Gregorio X. Prædeceſſore ſuo abſolverat, atque firmaverat. Hujus rei documentum e Vaticano Archivo deſumptum in Raynaldi Annalibus impreſſum eſt *ad annum Chriſti* 1278. *§.* 7. Eamdem viam inſtiterunt Martinus IV., & Nicolaus IV. Et quamvis de Pontificibus iſtis, quod ad hanc rem pertinet, Scriptores diverſa tradiderint, Pachymeres tamen, qui tunc temporis Conſtantinopolitanam hiſtoriam poſterorum memoriæ commendabat, *lib.* 6. *cap.* 14. aperte teſtatur, eos Prædeceſſorum ſuorum epicheiam non fuiſſe ſecutos, ſed voluiſſe, ut ab Orientalibus, & Græcis Symbolum cum additione *Filioque* recitaretur, ut injecta ſibi de Orthodoxa illorum Fide dubitatio tolleretur, *ad certum experimentum capiendum Fidei, & Sententiæ Græcorum: ejus vero pignus idoneum fore, ſi & ipſi Symbolum, ſicut Latini, pronunciarent.* Idem Pontifex Eugenius, qui in Florentino Concilio Orientalibus conceſſerat, ut ſine ea voce, *Filioque*, Symbolum recitarent, cum deinde Armenos in unitatem Sanctæ Eccleſiæ reciperet, eiſdem præcepit, ut Symbolo prædicta additione adaucto uterentur, uti videre eſt in Collectione Conciliorum Harduini *tom.* 9. *pag.* 435. *B*, eò quod fortaſſe Armenos non æque ac Græcos, ejuſmodi additamento repugnantes deprehenderat. Calliſtus itidem III. Romanus Pontifex, cum Fratrem Simonem ex Ordine Prædicatorum munere Inquiſitoris decoratum in Cretam ablegaret, quam in Inſulam ſe receperant plures Græci aufugientes ab urbe Conſtantinopolitana, cujus ante biennium Turcæ potiti fuerant, juſſit ipſum vigilem adhibere curam, ut iidem Græci Symbolum cum additione *Filioque* recitarent, ſicuti narrat Gregorius Trapezuntius *in ſua epiſtola ad Cretenſ. Tom. I. Græciæ Orthodoxæ, apud Allatium pag.* 537., quod confirmatur etiam *ab Echard. Tom. I. Scriptorum Ordinis Sancti Dominici pag.* 762.; fortaſſe enim Pontifex ſuſpicabatur, ne prædicti Græci, quippe qui ex Urbe Conſtantinopoli advenerant, in eo Fidei dogmate minus firmi eſſent. In duabus formulis Proceſſionis Fidei, quas jam ſuperius commemoravimus, quarum alteram Gregorius XIII. Græcis, alteram Urbanus VIII. Orientalibus præſcripſit, nihil aliud continetur, quàm quod in Florentino Concilio fuit conſtitutum. In duabus Conſtitutionibus, altera videlicet Clementis VIII. quæ eſt 34. *veteris Romani Bullarii Tom. III. §.* 6., noſtra altera incipiente: *Etſi Paſtoralis §.* 1. *Bullarii noſtri Tom. I.* *, utraque edita pro Latinis Epiſcopis, in quorum Diœceſibus verſantur Græci, aut Albanenſes Græcum Ritum ſervantes, dummodo hi Spiritum Sanctum a Patre & Filio procedere fateantur, & agnoſcant Eccleſiæ fuiſſe poteſtatem addendi Symbolo vocem *Filioque*, minime jubentur Symbolum cum hac additione recitare; niſi forte, ea prætermiſſa, ſcandalum immineret; aut certo aliquo in loco peculiaris conſuetudo jam invaluiſſet recitandi Symbolum cum additione *Filioque*; aut deinde neceſſarium putaretur, ut Symbolum ab illis cum prædicta additione recitaretur, ad eliciendam indubiam rectæ ipſorum Fidei probationem. Recte autem non modo Patres Concilii Zamoſciæ *tit.* 1. *de Fide Catholica*, ſed etiam Patres Libanenſis Concilii *part.* 1. *eodem tit. num.* 12., ad omnem ſcrupulum ſubmovendum, provide ſtatuerunt, ut Sacerdotes omnes eorum legibus ſubjecti, Symbolum, juxta conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, cum particula *Filioque* uſurpent.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Tertium denique munus permittendi in Græca Eccleſia certos quoſdam innoxios Ritus, quomodo executa ſit Apoſtolica ſedes.

§. 31. Ex his, quæ huc uſque dicta ſunt, plenè concluditur, Sedem Apoſtolicam hac ipſa in re quandoque, ex peculiaribus circumſtantiis, perſpectaque ſibi gentis alicujus indole, conſenſiſſe, ut certus adhiberetur modus, quem tamen ab aliis, ob diverſas circumſtantias, diverſumque locorum ac populorum genium, nullatenus uſurpari

uſurpari permiſit. Quamobrem, ut oneri ſuſcepto ſatis faciamus, nihil aliud ſupereſt, quàm ut oſtendamus, aliquando eamdem Sedem Apoſtolicam, dum novit gentem aliquam Orientalium, & Græcorum, in aliquo Latino Ritu adhibendo tenaciorem eſſe, illius uſum ei benigne permiſiſſe; præſertim ſi hujuſmodi Ritus uſurpandi conſuetudo a vetuſtioribus temporibus inolevit, & Epiſcopi non modò eidem nunquam adverſati ſunt, ſed aut tacitè, aut expreſsè eamdem comprobarunt. Verùm, cum hac ipſa de re perſpicua exempla jam fuerint ſuperius allata; dum verba fecimus de ea claſſe Orientalium, & Græcorum, qui Ritus ſuos majori ex parte retinentes, atque Latinos æquè, ac Orientales Ritus venerantes, aliquem ex noſtris Ritibus amplexi ſunt, ab inutili idcirco repetitione abſtinebimus, ea hìc revocantes, quæ ſuperius in his ipſis litteris plenè fuerunt expoſita. Duo ſolùm exempla ex Maronitis deſumpta, ſubnectemus iis, quæ jam adduximus. Nonnullis ab hinc ſæculis Maronitæ Pontificales ac Sacerdotales veſtes adhibent ejuſdem planè formæ, quam Latinus Ritus præſcribit, quemadmodum in citato ſæpius Libanenſi Concilio habito anno 1736. legitur *cap.* 12. de Sacramento Euchariſtiæ *num.* 7. Summus enim Pontifex Innocentius III. epiſtola ad Hieremiam Patriarcham anno 1215. data, quæ incipit: *Quia Divinæ Sapientiæ bonitas*: illos adhortatus eſt, ut ſe Latinæ Eccleſiæ in Pontificalibus ornamentis conformarent. Quam ob cauſam tum idem Pontifex, tum ejus Succeſſores ad illos ſacra Indumenta, Calices, ac Patenas dono miſerunt, uti narrat Petrus Patriarcha in duabus epiſtolis ad Leonem Decimum datis, relatiſque *tom.* 14. Collectionis Conciliorum Labbeanæ *pag.* 346. *& ſeq.* Nuper autem in præcitato Libanenſi Concilio *cap.* 13. unanimi conſenſu, noſtraque ſubſequuta approbatione, iidem Maronitæ, quoad Præſanctificatorum Miſſam, Latinum Ritum, amplexi ſunt, illam tantummodo Feria Sexta in Paraſceve celebrantes, relicta, juſtis gravibuſque de cauſis, diſciplina Græcorum, qui diebus Quadrageſimalis jejunii, nonniſi Miſſam Præſanctificatorum celebrant, excepto Sabbato, die Dominico, & Feſto Annunciationis Beatæ Virginis, ſi forte in Quadrageſimam incidat, juxta præſcriptum in *Trullano Can.* 52. Hiſce ſiquidem diebus, Sacerdos Panem conſecratum in tot particulas dividit, quot dies ſubſequuntur, quibus Miſſa Præſanctificatorum celebratur; quibus nimirum veſcitur Pane Euchariſtico, quem antea conſecravit, aſſervans in Ciborio reliquas conſecratas particulas, ut ſequentibus diebus, quibus Miſſam Præſanctificatorum celebrabit, iiſdem veſcatur, atque aliis etiam, qui adſtant, petuntque, diſtribuat; uti fusè commemorat Leo Allatius in Prolegomen. ad Gabrielem Naudæum *de Miſſa Præſanctificatorum pag.* 1531. *num.* 1.

Amplior aſſumpti probatio ſuſcipitur.

§. 32. Huic noſtræ Epiſtolæ finis hic imponendus alicui fortè videri poterit, cum in ea, & allatum jam fuerit Reſponſum redditum quæſitis a Sacerdote Miſſionario Balſeræ propoſitis, nimirum, *Nihil eſſe innovandum*, & indicatæ itidem fuerint firmiſſimæ regulæ, quas ſequantur Miſſionarii, qui Orientales a Schiſmate & erroribus ad Unitatem, Sanctamque Catholicam Fidem revocare ſatagunt; neque enim ex jure Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum ſe gerit, qui in convertendis Orientalibus, Ritum quoque Orientalem, & Græcum, in iis, quæ ab Apoſtolica Sede tolerantur atque admittuntur, de medio auferre contendit; aut id agit, ut, qui convertuntur, Ritum, quem hactenus ſervaverunt, dimittant, & Latinum amplectantur. Nihilominus, antequam finis huic epiſtolæ imponatur, nimis congruit, ut nonnulla inſuper attingantur, quæ propius pertinent ad quæſtiones a prædicto Miſſionario propoſitas, quibus jam reſponſum fuit, *nihil eſſe innovandum.*

Ritus commixtio non inducitur, ex quo Græcus, Armenus, vel Maronita Sacerdos celebret in Latina Eccleſia juxta Ritum ſuum.

§. 33. Porro, ſi in Urbe Balſeræ degunt Catholici Ritus Orientalis, Armeni, aut Syriaci, ipſique peculiari Eccleſia carentes, ad Miſſionariorum Latinorum Eccleſiam conveniunt, ubi Sacerdotes Orientalis Ritus Rem Divinam, reliquaſque peragunt ſuis Ritibus cœremonias, Laici autem Miſſæ Sacrificio interſunt, & Sacramenta ſuſcipiunt, non magnopere adlaborandum eſt, ut defendatur, nihil eſſe innovandum, uti reſcriptum fuit; quodque antea obtinuit, idipſum & in poſterum ſervari oportere, permittendo videlicet prædictis Sacerdotibus, & Laicis, ut in Latina Eccleſia ea facere pergant, quæ ad hanc uſque diem peregerunt. Nam jure Canonico illud quidem ſtatutum habetur, Ritum Orientalem, & Græcum cum Latino haud eſſe miſcendum, uti videre eſt ex integra Decretali Cæleſtini III. apud Gonzales *cap. Cum ſecundum; de temporibus Ordinationum;* atque in Decretali Innocentii III. *cap. Quanto; de conſuetudine, cap. Quoniam; de Officio Judic. Ordinar.*, & in Decretali Honorii III. *cap. Litteras; de celebrat. Miſſar.*; at nullo jure affirmari poteſt, Ritus commixtionem Apoſtolica aliqua Conſtitutione vetitam, induci ex eo tantum, quod Armenus, Maronita, aut Græcus juxta Ritum ſuum in Latina Eccleſia, vel Miſſæ Sacrificium, vel alias cœremonias cum populo ſui Ritus exerceat, aut verſa vice Latinus in Orientalium Eccleſia idem præſtet; dum præſertim legitima aliqua ſubeſt cauſa, de qua in præſenti facti ſpecie nullo modo dubitari poteſt, cum Orientales illi in Civitate Balſeræ peculiari careant Eccleſia, ita ut, ſi ipſis Latinorum Eccleſia non pateret, loco plane omni deſtituerentur, in quo Miſſæ Sacrificium offerre poſſent, & cum Populo ſui Ritus ea exercere, quæ peragenda ſunt, ad illos in ſancta unione retinendos, ac confovendos.

At contra, ſi Latinus in fermentato, Græcus in azymo, vel alteruter nunc in azymo, nunc autem in fermentato conſecrarent.

§. 34. Vetita ſane Ritus admixtio eſſet, ſi Latinus in fermentato conſecraret, & Euchariſtiam in fermentato conſecratam Latinis adminiſtraret. Idemque dicendum eſſet, ſi Orientales qui azymi conſuetudinem haud amplexi ſunt, in azymo Rem Divinam facerent, & genti ſuæ Sacram Euchariſtiam in azymo diſtribuerent. Curare ſiquidem debent ſollicite Ordinarii quoque Latini, quibus Italo-Græci ſubjiciuntur, *ut Latini ſemper in azymo, Græci autem, ubi propriam Parochiam habent, in fermentato communicent:* uti præcipitur in Conſtitutione noſtra: *Etſi Paſtoralis:* 57. *num.* 6. *num.* 14. *Bullarii noſtri Tom. I.* * Vetita quoque Ritus permixtio eſſet, ſi Latinus Sacerdos, modo juxta Latinum, modo juxta Græcum Ritum, aut Sacerdos Græcus modo Græco, modo Latino Ritu Miſſam celebraret. Id enim interdicitur in Conſtitutione S. Pii V., quæ incipit: *Providentia*, quæque eſt 21. *Tom. IV. part.* 2. *Bullarii novi* Romæ impreſſi *, ubi facultates omnes, quæ præcedentibus temporibus nonnullis Presbyteris ſuper hoc conceſſæ fuerant, omnino revocantur. Huic Conſtitutioni S. Pii V. congruit quoque præindicata noſtra §. 7. *num.* 10. Quod ſi Presbyteris Societatis Jeſu, qui Collegiis Nationum Orientalium Romæ erectis præſunt, & qui prædictæ Societatis inſtitutum amplectentes a Græco Ritu ad Latinum tranſierant, indultum fuit, uti ſupra indicavimus, ut aliquando Miſſæ Sacrificium Græco, & Orientali Ritu celebrent; hoc ideo factum eſt, ſicuti præmonuimus, ut Alumni, qui Græcorum, & Maronitarum Ritum profiteri debent, Miſſam prædicto Ritu celebrare addiſcant, & juxta eumdem, Divina Officia toto vitæ ſuæ curriculo perſolvere: verum circumſtantiæ peculiares hujuſce plane ſingularis caſus ſatis evincunt, non

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

* In hac Editione Tom. II. Conſt. XII. pag. 205.

poſſe illum in exemplum afferri ad ſimilia indulta obtinenda : quod adeo verum eſt, ut, quamvis Cardinalis Leopoldus Kollonitz Clementi XI. Prædeceſſori noſtro expoſuerit, valde profuturum Catholicæ Religioni, ſi Latinis Miſſionariis permitteretur, ut in Hungaria Græco Ritu celebrarent, quoties ita neceſſitas poſtulare videretur, relicta tamen ipſis libertate, ut ad Latinum Ritum redirent; idem tamen Pontifex perpendens animo debere unumquemque, juxta Canonicas Sanctiones, in ſuo Ritu permanere, neque licere Sacerdoti, modo Latino, modo Græco Ritu celebrare, facultatem, quæ a prædicto Cardinali petebatur, impertiri recuſaverit; uti patet ex ejus Epiſtola in forma Brevis, quam ad eumdem Cardinalem dedit 9. Maji anno 1705., & quæ continetur *tom. 1. Epiſtolar. & Brev. ſelectior. ejuſdem Pontificis typis editor. pag. 205.*

Prior aſſertio confirmatur exemplis Græcorum, qui Romæ, & Venetiis diu in Latinis Eccleſiis, proprio ſervato Ritu, ſacra peregerunt.

§. 35. Hæc & alia plura exempla, quæ facile poſſent cumulari, pertinent ad Ritus permixtionem ab Eccleſiæ legibus vetitam : Verum, uti jam diximus, interdicta Ritus permixtio appellari nunquam poterit, ſi ob legitimam aliquam cauſam Sacerdos Orientalis Ritus ab Apoſtolica Sede probati, in Latinorum Eccleſiam admittatur, ut ibi Miſſam, cæteraſque functiones celebret, & Sacramenta populo Nationis ſuæ adminiſtret. Id palam Romæ fieri intuemur, ubi Sacerdotibus Armenis, Cophtis, Melchitis, & Græcis patent ad Miſſam celebrandam Templa noſtra, ut illorum pietati ſatisfiat; quamvis ſuas peculiares Eccleſias habeant, ubi Rem Divinam facere poſſent : dummodo tamen ſacra Indumenta, & cætera, quæ ad Miſſæ celebrationem juxta ipſorum Ritum neceſſaria ſunt, ſecum afferant, eoſque comitetur Nationis ſuæ Miniſter, qui eiſdem celebrantibus inſerviat, & a Cuſtodibus, & Sacrario Præfectis opportune caveatur, ne ob rei novitatem in adſtantibus turbæ ac tumultus excitentur; quemadmodum in Edicto, quod pro Eccleſiaſticis & Laicis Orientalibus Romæ degentibus die 13. Februarii anno 1743. per Ven. Fratrem noſtrum Joannem Antonium tunc Tituli SS. Silveſtri, & Martini in Montibus Presbyterum, nunc Epiſcopum Tuſculanum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Guadagni nuncupatum, noſtrum in Urbe, ejuſque diſtrictu Vicarium Generalem, juſſu noſtro promulgatum fuit, plenius continetur. Verum ad rem hanc noſtram plurimum facere videtur, quod mox indicabimus. Medio circiter ſæculo decimo quinto, uti notum eſt, Mahumetes II. Conſtantinopolim vi oppugnatam cepit, nonnullique ex Græcis, qui Schiſmaticorum errores averſati, communionem cum Latina Eccleſia ſervaverant, Venetias ſe contulerunt, ibique manſere. Quam in Urbem cum Iſidorus Cardinalis natione Græcus perveniſſet, detulit ad Senatum Romani Pontificis deſideria, ut hujuſcemodi Græci Ritus hominibus, Templum aliquod aſſignaretur, in quo functiones ſuas exercerent. Excitata Senatus pietas profugæ genti Eccleſiam S. Blaſii conceſſit, ubi ſpatio plurium annorum Græci quidem in certo ejuſdem Eccleſiæ Sacello Divina Officia Ritu Græco, in reliquis vero Sacellis, Latini Ritu Latino peregerunt, ſicuti Flaminius Cornelius Scriptor clari nominis teſtatur in *Decad. 14. Venetarum Eccleſiarum pag. 359. : Gemini itaque Ritus Officia per aliquot annos in una Eccleſia, licet in diverſis Sacellis peracta fuerunt :* quod eo uſque obtinuit, donec aucto Græcorum numero, prædictæ Eccleſiæ S. Blaſii Latinis Græciſque communi, aliud ſubrogatum fuit Templum, quod Græcorum proprium eſſet, ac privativum.

Et Latinorum, qui in Ruthenas Eccleſias a Ruthenis comiter excepti fuerunt.

§. 36. Hæc ad Græcos pertinent, qui celebraturi in Latinas Eccleſias recipiuntur. Verum, ut eo clarius oſtendatur, nullam exinde ſequi Ritus permixtionem ab Eccleſiæ Legibus proſcriptam; non abs re erit verba facere de Latinis quoque, qui ad Sacrificium Miſſæ offerendum, & Divina Officia perſolvenda in Græcorum Eccleſiis, ex juſta aliqua cauſa admittuntur. Quod quidem non modo propoſitam ſententiam confirmabit, ſed etiam plurimum conferet ad demonſtrandum, quàm neceſſaria ſit mutua inter Catholicos, licet diverſi Ritus, animorum conjunctio ac benevolentia. In Ruſſia Alba Rutheni Catholici, quos Unitos vocant, plures habent Eccleſias, paucas verò Latini, & quod magis eſt, longe diſſitas a pagis Latinorum, qui inter Ruthenos verſantur. Latini quandoque diutius Sacrificio Latinæ Miſſæ carebant, eo quod ſuis negociis detenti, nequibant tam longum iter aggredi, ut ad Latinas Eccleſias ſe conferrent : Neque Latini Presbyteri facile poterant ad paucas illas Latinorum Eccleſias, quæ in Ruſſia Alba reperiuntur, accedere, ut Miſſam celebrarent, propterea quod Eccleſiæ ipſæ ab illorum domicilio nimis longo intervallo ſejungerentur. Itaque, ne Latini Miſſâ Latino Ritu celebrata tamdiu carerent, unum illud ſupererat, ut Latini Sacerdotes, in Latinorum commodum, Latinas Miſſas in Ruthenis Eccleſiis celebrarent. Verum hac ipſa in re, ea occurrebat difficultas, quod Altaria Græcorum ſacro Lapide careant, cum ipſi celebrent ſuper Antimenſiis, quæ ſunt Lintea quædam ab Epiſcopo conſecrata, quorum angulis Sanctorum Reliquiæ includuntur; quamobrem Latini Sacerdotes Sacrum Lapidem ſecum deferre cogebantur, haud levi intercedente incommodo, ac diſcrimine, ne in itinere frangeretur. His omnibus incommodis tandem opportunum remedium, opitulante Deo, inventum, adhibitumque fuit : Siquidem, conſentientibus etiam ipſis Ruthenis, indultum fuit Latinis Presbyteris, ut Miſſam Latino Ritu celebrarent in Ruthenis Eccleſiis, & ſuper illorum Antimenſiis : idque eò vel expeditius viſum eſt, quod Rutheni Sacerdotes, accedentes quandoque ad Latinas Eccleſias Miſſam inibi celebraturi, ſuper noſtris ſacris Lapidibus Sacrificium conficiebant. Id omne cognoſci poteſt ex Conſtitutione noſtra : *Impoſito Nobis, quæ quadrageſima tertia eſt, Bullarii noſtri Tom. III.* *

* In hac Editione Tom XVIII. p. 205.

Juxta Græcam diſciplinam, in unaquaque Eccleſia unum extitit Altare, & ad hoc unica Miſſa in die celebrata.

§. 37. Præclarum pariter eſt ad rem noſtram id, quod mox ſubjiciemus. Diſcrepant inter ſe eruditi viri, extiterit ne, juxta veterem diſciplinam, in Baſilicis Eccleſiæ Occidentalis unum, an plura Altaria. Primùm quidem affirmat *Scheleſtrat. part. 1. Actor. Eccleſiæ Orientalis cap. 2. de Miſſa privata in Eccleſia Latina :* ſed contra Cardinalis Bona *Rerum Lyturgicar. lib. 1. cap. 14. num. 3.* innixus auctoritate Walfridi *cap. 4.* plura Altaria fuiſſe in Romana Baſilica S. Petri demonſtrat. Verùm, ſi de Templis, atque Baſilicis Orientalibus, & Græcis ſermo ſit, perſpicuum videtur, nonniſi unum Altare in ipſis extitiſſe, atque nunc etiam temporis, plerumque exiſtere; uti colligitur ex lineari deſcriptione hujuſmodi Templorum, quam Du Cangius *in Conſtantinopoli Chriſtiana*, Beveregius in notis *ad Pandectas Canonum*, & Goarius *in Euchologium Græcorum* attulerunt. Cumque in Templo S. Athanaſii, quod Romæ a Græcis obtinetur, plura extarent Altaria, Leo Allatius in epiſtola ad Joannem Morinum ſcripta *de Templis Græcorum recentiorum num. 2.* aſſerere non dubitavit, in prædicta Eccleſia nihil Græcæ formæ reperiri, præter *Bema*, id eſt Sepimentum, quod Aram majorem a reliquis Eccleſiæ partibus ſecernit. Ad illud autem Altare, ad quod Sacerdos Miſſam celebravit, nequit alius Sacerdos eodem die iterum Miſſæ Sacrificium offerre. De hac Græcorum

diſciplina verba faciunt Dionyſius Barſalibæus Jacobita, Amidæ Epiſcopus, *in Explanatione Miſſæ*, & Cyriacus Jacobitarum Patriarcha apud Gregorium Barhebræum item Jacobitam *in ſuo Directorio*, quos citat Aſſemanus *tom.* 2. *Biblioth. Oriental. pag.* 184.; *ac Tom. III. part.* 1. *pag.* 248. De hac eadem diſciplina Cardinalis Bona *cit. cap.* 14. *num.* 3. ita ſcriptum reliquit: *Unicum Altare in ſuis Eccleſiis habent, nec fas eſſe putant intra ſepta ejuſdem Templi Sacrum eadem die iterare.* Euthimius Tyri ac Sidonis Archiepiſcopus, & Cyrillus Patriarcha Antiochenus Græcorum, in Pontificatu Clementis XI., Benedicti XIII., & Clementis XII. pluries ſciſcitati ſunt, an vigentem relinquere deberent prædictam diſciplinam vetantem ne ſecundum Miſſæ Sacrificium eadem die, eodemque in Altari offeratur. At illis ſemper reſponſum fuit, nihil eſſe innovandum, ſed veterem Ritum omninò retinendum. Quoniam verò error in vulgus manaverat, ideo non offerri ſecundum Miſſæ Sacrificium eadem die, idemque ad Altare, in quo alius Sacerdos celebraverat, quia Sacerdos, qui poſterior celebraret, iiſdemque ſacris indumentis, quibus primus uteretur, jejunium frangeret; idcirco in noſtra Epiſtola Encyclica ad Patriarcham Antiochenum Græcorum Melchitarum, & ad Epiſcopos Catholicos eidem ſubjectos conſcripta, iiſdem præcepimus, ut omni ſtudio curarent errorem illum populo adimere; ita tamen, ut integram ſervarent diſciplinam, juxta quam ad Altare, ubi Sacerdos celebravit, alius Sacerdos eadem die offerre prohibetur, uti videri poteſt in Conſtitutione noſtra, quæ incipit: *Demandatam*: 87. *Bullarii noſtri Tom. I.* *

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 166.

Sacerdotes autem cum Epiſcopo, vel alio Sacerdote, primi Celebrantis perſonam gerente, concelebrant nunc quoque in Eccleſia Græca, licet in Latina is uſus fere omnino obſoleverit.

§. 38. Denique, communis olim fuit Occidentali æquè, ac Orientali Eccleſiæ Ritus, ut Presbyteri unà cum Epiſcopo Miſſæ Sacrificium offerrent: hujus rei documenta congeſta fuerunt a Chriſtiano Lupo *in Appendice ad Synodum Chalcedonenſem Tom. I. ad Concilia Generalia, & Provincialia, primæ editionis p.* 994., dum hæc verba Baſſiani interpretatur: *Mecum Miſſas celebrabat, mecum communicabat*, & a Georgio *Tom. II. Lyturgiæ Pontificiæ pag.* 1. *& ſeq. ac Tom. III. pag.* 1. *& ſeq.* Concelebrandi Ritus nunc temporis in Occidentali Eccleſia obſolevit, præterquam in Ordinatione Sacerdotum, quam peragit Epiſcopus, & in Conſecratione Epiſcoporum, quæ ab Epiſcopo cum duobus aliis Epiſcopis aſſiſtentibus perficitur. Sed in Orientali Eccleſia viguit, vigetque adhuc frequentior uſus concelebrationis Presbyterorum cum Epiſcopo, aut cum alio Sacerdote, qui primi Celebrantis perſonam ſuſtinet, iſque uſus refertur ad Conſtitutiones, quæ Apoſtolicæ nuncupantur *lib.* 8., & ad Canonem octavum, ex iis, qui Apoſtolici dicuntur. Porro ubicunque ea conſuetudo inter Græcos, & Orientales viget, non modo approbatur, ſed etiam cuſtodiri præcipitur, uti conſtat ex eadem Conſtitutione noſtra ſuperius allegata, *Demandatam*, §. 9.

Non tamen inde uſus privatæ Miſſæ excluditur a Græca Eccleſia, cum ideo Paracleſiæ fuerint conſtitutæ.

§. 39. Ex Græco & Orientali hoc Ritu, quem hucuſque commemoravimus, nonnulli occaſionem arripuerunt revocandi in dubium, an privatis Miſſis, quæ ab uno Sacerdote celebrantur, in Orientali & Græca Eccleſia locus eſſe poſſit, cum in Græcis Templis unicum, uti prædiximus, Altare exiſtat, unicum ad illud Miſſæ Sacrificium offeratur, & Sacerdotes cum Epiſcopo concelebrent, aut cum Sacerdote, qui primi Presbyteri munere fungitur. Non neglexerunt quidem Lutherani Confeſſionem Auguſtanam, in qua privatæ Miſſæ tolluntur, ad Hieremiam Conſtantinopolitanum Patriarcham mittere, eumque ad eamdem amplectendam allicere; cum tamen privatæ Miſſæ uſus ac diſciplina in Orientali Eccleſia deſumatur ac vindicetur *ex Canone* 31. Concilii Trullani, & ex Notis, quas in ipſum compoſuit Theodorus Balſamon, ideo & Ritus frequentis concelebrationis Sacerdotum cum Epiſcopo, & intacta pariter privatarum Miſſarum conſuetudo in Orientali Eccleſia permanſit. Quare in irritum ceſſerunt conatus Lutheranorum; quibus reſponſum fuit, damnari quidem ab Orientalibus, ſicut ab Occidentalibus, pravum illorum uſum, qui improba conſequendæ eleemoſynæ cupiditate, ad Altare impelluntur, non verò illorum, qui, qua decet pietate ac religione, privatas Miſſas celebrant, ut Deo Sacrificium offerant acceptabile. Hæc patent *ex Actis Eccleſiæ Orientalis contra Lutheranos*, auctore Scheleſtrato, *cap.* 1. *de Miſſis privatis in Eccleſia Græca, circa finem.* In commodum autem Sacerdotum, qui privatum Miſſæ Sacrificium offerre cupiunt, ſalva ſemper conſuetudine, ut ad unum Altare unum tantummodo Sacrificium in dies ſingulos offeratur, Græci conſtituere ceperunt *Paracleſias*, de quibus verba facit Leo Allatius *in citata Epiſtola ad Joannem Morinum.* Paracleſiæ verò nil aliud ſunt, quàm Oratoria quædam Eccleſiæ contigua, in quibus erectum adeſt Altare, ubi Sacerdotes Miſſam celebrant, quam in Eccleſia celebrare nequeunt, eo quod ad Altare in ea extructum alius Sacerdos jam celebraverit.

§. 40. Alii verò ab hac Orientalium, & Græcorum diſciplina merito timendum cenſuerunt, ne Latini Sacerdotes ab offerendo Miſſæ Sacrificio in Græcis Eccleſiis perpetuò excluderentur, eò quod, uti ſupra dictum eſt, in illis unicum Altare exiſtat, ubi eodem die unus tantum Sacerdos poteſt celebrare; neque Latini Presbyteri celebrare poſſint *in Paracleſiis*, utpote pro Græcis tantummodo conſtitutis. Verùm ad hunc ipſum timorem auferendum, in Græcis Eccleſiis hoc tempore erectum plerumque cernitur ſecundum Altare, in quo Divinum Sacrificium a Latinis Sacerdotibus offeratur. Tres Græcorum Templorum formas expreſſit Goarius *in Euchologium Græcorum*, quarum tertia ſecundum Altare exhibet Latinis Presbyteris poſitum, ſicut ipſe Goarius *loco citato* perpendit, & proſequitur Scheleſtrat. *loco ſuperius allato* 887. In Eccleſiis Nationis Maronitarum, & Græcorum, Romæ exiſtentibus, præter Aram majorem, alia occurrunt Altaria, in quibus a Latinis Sacerdotibus Miſſa celebratur; & in noſtra Conſtitutione: *Etſi Paſtoralis*: 57. §. 6. *num.* 8. *&* 9. *noſtri Bullarii Tom. I.* *, qua Italo-Græcis tutiſſima traditur agendi norma, prohibentur Latini Sacerdotes in Græcorum Templis ſuper Ara majori celebrare, niſi omnimoda neceſſitas id poſtulet, & Parochi Græci conſenſus intercedat; ibique inſuper Græcis conceditur, ut ſuis in Templis, præter Altare majus, alia quoque altaria poſſint erigere, in quibus Latini Sacerdotes, ſi velint, Miſſæ Sacrificium celebrare valeant.

Nec Latini Sacerdotes ab illis excluſi; cum ideo ſecundum Altare in commodum Latinorum Sacerdotum in Græcis Eccleſiis fuerit erectum.

* Tom. XVI. hujus Edit.

§. 41. Ex his, quæ huc uſque dicta ſunt, videtur jam perſpicuè demonſtratum, ſicuti antea, ita & in poſterum permitti debere Catholicis Armenis, & Syriacis, qui Balſeræ Latinis commixti commorantur, propriaque carent Eccleſia, ut in Latinam conveniant, & in ea juxta Ritum quique ſuum ſacras functiones peragant; idque eo magis, quia non ſolum nulla exinde oritur Ritus permixtio per Apoſtolicas Conſtitutiones damnata, ſed urbanitatis officia exercentur, vel potius præcepta implentur æquitativi cujuſdam juris, expoſcentis, ut non habenti opportunum locum ad ea peragenda, quæ jure aliquo præſtare jubetur, locus ipſe libenti animo concedatur. Quamobrem nil aliud ſupereſt, quàm præcipere, ut omnia ad debitæ charitatis leges exigantur, ut Sacellum Orientalibus aſſignetur,

Concluditur, valde congruere, ut Græcis Latinæ pateant Eccleſiæ, modusque traditur, quo id abſque diſſidiis fiat.

aut pars aliqua Eccleſiæ, in qua ſuis functionibus obeundis incumbant; & quanta fieri poteſt, cura impendatur, ut aliis horis Latini, aliis Orientales ſuas peragant functiones. Si enim aliter fieri contingat, proxima ſuberit cauſa diſſenſionum, quæ binos Predeceſſores noſtros Leonem X., & Clementem VII. tantopere vexarunt; tum ſcilicet, quum contra pacta conventa in Florentino Concilio ſub Eugenio IV., ne Græcis ulla moleſtia in ſuis Ritibus ac cæremoniis obſervandis inferretur, relatum eſt ad prædictos Pontifices, quod nonnulli ex Latinis Græcorum Eccleſias adibant, & ad illorum Altare Miſſam Latino Ritu celebrabant, eo conſilio, ut Græcis Sacerdotibus impedimentum crearent, ne Sacrificium Ritu ſuo offerre, ſuaſque functiones peragere poſſent; adeo ut Græci nonnunquam, ipſis diebus feſtis, Miſſæ Sacrificio carerent: *Neſcitur, quo Spiritu ducti* (de Latinis Presbyteris ſermo eſt) *interdum Altaria dictarum Parochialium Eccleſiarum præoccupant, & ibi, contra voluntatem eorumdem Græcorum, Miſſas, & forſan alia Divina Officia celebrant; adeo quod dicti Græci ſæpenumero ſine auditione Miſſarum, cum magna animorum moleſtia, feſtivis & aliis diebus, quibus Miſſas audire conſueverunt, remaneant.* Pontificias haſce querelas refert monumentum, quod incipit, *Proviſionis noſtræ*, extatque in Enchiridio Græcorum impreſſo Beneventi anno 1717. *p.* 86. Non eſt profecto, cur illis noſtras addamus conqueſtiones, quæ tamen nec leviores eſſent, neque opportunis remediis deſtitutæ, ſi unquam ad Nos deferretur, Balſeræ a Latinis noſtris prohiberi Orientales, ne in Latinis Eccleſiis poſſint functiones ſuas peragere.

Quæſtio proponitur, quo Kalendario uti debeant Græci in Latinis Eccleſiis celebrantes, in definiendo Paſchali die.

§. 42. Primæ huic altera ſuccedit quæſtio, eoſdem attingens Armenos, & Syros, qua diſquiritur, an iidem, ad ſtatuendum tempus Paſchatis, aliorumque ei reſpondentium Feſtorum, poſſint veteri Kalendario uti, vel potius novum emendatumque ſequi debeant, cum in Latinis Eccleſiis Sacra conficiunt; & quatenus iiſdem licitus dicatur veteris Kalendario uſus, an hujuſmodi definitio afficiat illos quoque Orientales, qui, ſuam quidem habent Eccleſiam, ſed adeo anguſtam, atque exiguam, ut, cum omnes in illam convenire non poſſint, eorum plerique Latinas Eccleſias adire compellantur.

Emendatio Kalendarii qua cura ſub Gregorio XIII. peracta fuerit.

§. 43. Neminem latent, quæ a Sanctis Romanis Pontificibus Pio, & Victore, atque etiam a Nicæna Synodo, de recta Paſchatis celebratione ſancita fuerunt. Omnes pariter norunt Romano Pontifici a Concilio Tridentino reſervatam fuiſſe provinciam correctionis Kalendarii, ac demum Gregorio XIII. Pontifice, fuiſſe rem hanc numeris ſuis omnibus abſolutam. Quamobrem Bucherius *in Commentario de doctrina temporum*, in Præfatione ad Lectorem, ita ſcripſit: *Computi Paſchalis in futurum certitudini, jubente Gregorio XIII. Pontifice, noſter abundè providit Clavius.* Is fuit e Societate Jeſu Sacerdos Matheſeos peritiſſimus, qui in Kalendarii correctione egregiam Pontifici navavit operam. Exhibiti itidem Pontifici fuerunt calculi cujuſdam Aloyſii Lilii, qui plures annos in illis componendis inſumſerat. Perpenſis denique libratiſque omnibus in pluribus Congregationibus, adſtantibus, adhibitiſque in conſilium peritiſſimis quibuſque Viris, prodiit anno 1582. Conſtitutio præſcribens Kalendarii normam, quæ incipit: *Inter graviſſimas, in ordine LXXIV. in veteri Bullario Tom. II.* *

* In hac Editione Tom. II. pag. 487.

Ejuſdem Kalendarii indictio, an Orientales obſtrinxerit, quæſtio non levis.

§. 44. Veteri igitur Kalendario hâc Pontificia Conſtitutione abrogato, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, aliiſque Prælatis imperatum fuit, ut novo, emendatoque Kalendario uterentur, quemadmodum in eadem Conſtitutione legere eſt, fuſiuſque eruitur ex ejuſdem Pontificis Annalibus Romæ impreſſis *anno* 1742. *Tom. II. pag.* 271. Verum, cum in Conſtitutione nullum de Orientalibus factum fuerit verbum, exurgit hinc quæſtio, num eadem Orientales afficiat; quæ quidem quæſtio non a Doctoribus modo inſtituitur, ut videre eſt apud Azorium *Inſtit. Moral. tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 11. *quæſt.* 7. apud Baldellum *in ſua Theologia Morali tom. I. lib.* 5. *diſputat.* 41.; ſed etiam propoſita diſcuſſaque fuit in præſtantium Virorum conventu habito die 4. Julii anno 1631., in ædibus Cardinalis Pamphilii, qui ad Summum Pontificatum evectus, Innocentii X. nomen aſſumpſit. Hæc autem tunc prodiit reſolutio: *Subditi quatuor Patriarcharum Orientis non ligantur novis Pontificiis Conſtitutionibus, niſi in tribus caſibus: primò in materia Dogmatum Fidei; ſecundò, ſi Papa explicitè in ſuis Conſtitutionibus faciat mentionem, & diſponat de prædictis; tertiò, ſi implicitè in iiſdem Conſtitutionibus de eis diſponat, ut in caſibus appellationum ad futurum Concilium*: Refertur hæc reſolutio tum a Verricello *de Apoſtolicis Miſſionibus lib.* 3. *quæſt.* 83. *num.* 4.; tum a Nobis in noſtro Opere de *Canonizatione Sanctorum lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 15.

Illud certè, Italo-Græcis indictum fuiſſe Kalendarium, ſed ita, ut & leniter cum iis ſit actum.

§. 45. Hanc quæſtionem Nos miſſam facimus, cum de illa diſputare nulla nunc neceſſitas urgeat; ſatis enim Nobis erit indicare, quid ad rem hanc noſtram geſſerit Sedes Apoſtolica, quandoquidem ipſa præcedentia facta evincunt, conſultiſſimum eſſe reſponſum quæſito redditum, nimirum: *Nihil eſſe innovandum.* Italo-Græcis, qui inter nos vivunt, & regimini ſubjiciuntur Latinorum Epiſcoporum, in quorum Diœceſibus conſtitutum habent domicilium, ab Apoſtolica Sede mandatum fuit, ut ſe ad novum Kalendarium conformarent, uti percipi poteſt in citata Conſtitutione noſtra: *Etſi Paſtoralis*, 57. §. 9. *num.* 3. *& ſeq. Bullarii noſtri Tom. I.* * Et Clerus quidem Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ *de Grapheo* Civitatis Meſſanenſis, qui Græcum Ritum retinet, accuratiſſimè novum Kalendarium ſervat, uti videre eſt in altera Conſtitutione noſtra: *Romana Eccleſia, quæ eſt* 81. §. 1. *eodem Tom. I.* * *noſtri Bullarii*: attamen non illud ita ſeverè fuit indictum, quin nonnunquam, gravioribus id requirentibus cauſis, Epicheiæ locus ſit relictus. Renuebant Armeni Catholici Liburni degentes, ſeſe Kalendario Gregoriano ſubjicere, preceſque Innocentio XII. obtulerunt, ut eos veteri Kalendario uti permitteret. Etenim in Congregatione S. Officii Feria 4. die 20. Junii 1674. Decretum hujuſmodi emanaverat: *Nuntii Apoſtolici Florentiæ relatis iterum litteris datis die* 10. *Aprilis, circa petitiones ei factas ab Armenis, orandi in Miſſa pro Patriarcha Armenorum, & circa celebrationem Paſchatis, & aliorum Feſtorum, ſecundum eorum Ritum, ideſt ſecundum calculationem antiquam, quæ erat ante correctionem Kalendarii, & circa celebrationem Paſchatis, &c. Necnon relata ſcriptura remiſſa a Sacra Congregatione de Propaganda Fide circa modum orandi in Miſſa pro Patriarcha Armeno: Reſcribatur Nuntio, quoad permiſſionem orandi in Lyturgia pro Patriarcha Armenorum, quod Sacra Congregatio ſtetit in Decretis emanatis die* 7. *Junii* 1673., *videlicet*, NON POSSE: *& omnino prohibeatur. Quo vero ad celebrationem Paſchatis, &c. & aliorum Feſtorum, &c. ſteterunt pariter in Decretis, videlicet, quod in celebratione Paſchatis, & aliorum Feſtorum, Armeni Liburni exiſtentes, omnino ſervare debeant Kalendarium Gregorianum.* Quum igitur huic Decreto obtemperare Armeni prædicti renuerent, hujus rei cognitio delegata fuit particulari Congregationi Cardinalium doctrina præſtantium, quos inter fuere Card. Joannes Franciſcus Albanus, qui Summum deinde Pontificatum obtinuit, & Cardinalis Henricus Norifius præclari nominis inter Litteratos Viros. Porrò ipſa Congregatio habita die 23. Septembris anno 1699. hujuſmodi edidit Decretum, a prædicto Pontifice eadem

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 153.

ipſa

ipſa die confirmatum: *Re maturè tractata, & perpenſis omnibus facti circumſtantiis, cenſuerunt, ſecundum ea, quæ proponuntur, conniveri poſſe cum Armenis Catholicis Liburni commorantibus*, & qui peculiarem obtinent Eccleſiam, *circa uſum Kalendarii veteris, donec ipſi ad omnimodam Kalendarii Gregoriani obſervantiam diſponantur, & interim ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum; hac inſuper conditione adjectâ, quod diebus feſtis de præcepto juxta* Kalendarium *Gregorianum occurrentibus, ab operibus ſervilibus abſtinere, & Sacrum audire omninò teneantur.*

Græcis vero Orientalibus propoſitum quidem fuit, ſed nonniſi volentibus injunctum.

§. 46. Si vero de Græcis Orientalibus ſermo ſit, conſtat quidem, aliquando propoſitum ipſis fuiſſe, ut novo emendato Kalendario uterentur; ſed tamen id nullum exitum habuit. Inter articulos, & conditiones Ruthenis propoſitas in Unione ſub Clemente VIII. tractata, & abſoluta, ea quoque de Kalendario recipiendo inſerta fuit, cui redditum reſponſum: *Kalendarium novum, ſi ſecundum antiquum fieri poſſit, ſuſcipiemus:* uti legere eſt in Opere Thomæ a Jeſu *pag.* 329.; & licet reſponſum illud ambiguitatem quamdam præſeferret, tamen ea de re nihil ulterius actum fuiſſe deprehendimus, neque hoc ſuper articulo judicium ullum protulit Theologus, qui ad rem examinandam fuerat deputatus, quemadmodum patet ex eodem Opere *pag.* 335. *& ſeq.* Aliquando tamen ipſimet Orientales ſponte ſua novum Kalendarium ſuſceperunt, uti cognoſcere licet ex ſæpius citata Synodo Provinciali Maronitarum habita anno 1736.: *Tam in jejuniis, quàm in Feſtis anni diebus, ſive mobilibus, ſive immobilibus, Romanum Kalendarium a Gregorio XIII. Summo Pontifice, de noſtra Natione optime merito, emendatum, in omnibus Eccleſiis noſtris obſervari diſtricte mandamus, ejuſque Kalendarii rationem & uſum. quemadmodum & cantum Eccleſiaſticum, in unaquaque Eccleſia a Magiſtris pueros edoceri præcipimus:* Sed quoties Orientales minime conſenſerunt, juſtuſque adfuit timor, ne tumultus, diſſenſioneſque excitarentur, ſi novi Kalendarii ipſis injungeretur uſus, tulit Apoſtolica Sedes, ut Orientales & Græci, in remotis Regionibus degentes, veterem ſuam diſciplinam retinerent, videlicet antiquum ſervarent Kalendarium, occaſionem opportuniorem expectans, inducendi uſum novi emendatique Kalendarii. Qua in re conſona quoque ſunt Decreta Congregationum de Propaganda Fide, & Sacræ Inquiſitionis; quemadmodum, quoad primam, deprehenditur ex Decretis editis die 22. Auguſti 1625., & die 30. Aprilis 1631.; quoad ſecundam vero, ex Decretis dierum 18. Julii 1613., ac 14. Decembris 1616. Imo res eò quandoque proceſſit, ut Miſſionariis quoque veteris Kalendarii uſus fuerit permiſſus, dum moram traherent in Regionibus, in quibus veteris Kalendarii uſus ſolummodo obtinebat; veluti cognoſcere eſt ex nonnullis Decretis a Congregatione de Propaganda Fide 16. Aprilis 1703., & die 16. Decembris 1704. evulgatis.

Syri, Armenique cum jejunant, a piſcibus abſtinere debent.

§. 47. Reliquum eſt, ut de poſtremo quæſito, de jejunio ſcilicet, verba fiant. Syri, Armenique Catholici, juxta ipſorum Ritum, ab eſu piſcium jejunii tempore abſtinent; verum, cum Latinos iis veſci conſpiciant, & cæteroquin impoſſibile, vel ſaltem difficillimum aſſeratur, eos temperare poſſe a piſcibus, quibus Latinos veſci intuentur; ideo tamquam rationi conſentaneum proponitur, ut Miſſionariis facultas tribuatur cum iis diſpenſandi; caute tamen, omnique ſecluſo ſcandalo, & pio aliquo opere in locum abſtinentiæ a piſcibus ſubrogato. Aptiſſimus hìc fieret locus differendi de vetuſtate jejunii apud Orientales, ejuſque lege, licet ſeveriori, exactiſſime tamen ſemper ſervata; ſed ne longiores ſimus, quàm par eſt, id unum dicimus, Apoſtolicam Sedem toties Patriarchis obſtitiſſe, quoties veterem rigorem jejunii ſuis ſubditis præſcripti relaxare voluerunt.

Veterem jejunii diſciplinam iiſdem relaxari, nunquam paſſa eſt Apoſtolica Sedes.

Petrus Maronitarum Patriarcha Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſibi ſubjectis, carnibus veſci Laicorum more indulſit, licet juxta veterem diſciplinam carnibus abſtinerent; univerſo autem populo Quadrageſimæ tempore piſces edere, vinumque bibere permiſit, quamvis id illis eſſet prohibitum. Sed Pontifex Paulus V., datis ad Patriarcham Petri ſucceſſorem Litteris Apoſtolicis in forma Brevis die 9. Martii 1610., juſſit, ut abrogatis iis, quæ Petrus Patriarcha conceſſerat, res in priſtinum ſtatum reſtituerentur. In Pontificatu noſtro ad examen revocata eſt nimia facilitas atque indulgentia Euthymii Archiepiſcopi Tyri & Sidonis, & Cyrilli Patriarchæ Antiocheni, erga Græcos Melchitas; fuitque improbata, ut patet ex Conſtitutione noſtra: *Demandatam* 87. *§.* 6. *Bullarii noſtri tom.* 1. *Nos hujuſmodi innovationem, & abſtinentiarum relaxationem, & coarctationem, in nimium detrimentum veteris Græcarum Eccleſiarum diſciplinæ vergere judicantes, licet alioquin, deficiente auctoritate Apoſtolicæ Sedis, nullius roboris eſſe dignoſcantur, eas tamen auctoritate noſtra expreſſe revocamus, & nullum effectum in poſterum habere, neque ullatenus executioni mandari, ſed omnia in priſtinum reſtitui debere jubemus, atque inſuper in toto tractu Patriarchatus Antiocheni laudabilem conſuetudinem a Majoribus derivatam, abſtinendi etiam qualibet Feria quarta, & ſexta per annum ab eſu piſcium, quæ ab aliis quoque finitimis populis ejuſdem Græci Ritus exacte cuſtoditur, indiſtincte ſervari præcipimus.* Incongruum vero eſt aſſerere, ideo diſpenſationem concedendam eſſe, vel potius generalem diſpenſandi facultatem, quod nempe Orientales aſpicientes Latinos veſci piſcibus tempore jejunii, exinde facile adducantur, ut & ipſi non quidem ex aliquo contemptu, ſed naturæ fragilitate victi, piſcibus jejunii diebus utantur; hoc namque argumento, ſi quid illud valeret, in primis omnimoda induceretur Rituum confuſio; deinde, ſi illius ratio haberetur, illud etiam conſequeretur, ut Latini inſpicientes Græcos peculiaribus quibuſdam vivere inſtitutis, quæ Latinis minime permittuntur, imo inhibentur, diſpenſationem petere poſſent, ut ſibi liceret ea facere, quæ a Græcis fieri intuentur; profitentes ſe Latinum quidem Ritum ſuſcipere, ſed ob naturæ fragilitatem eum diutius ſervare non poſſe.

Ideoque, rejecta, tamquam minus legitima, cauſa ad facultatem diſpenſandi obtinendam allata, jejunii lex ſervari præcipitur.

§. 48. Hæc ſunt, quæ duximus exponenda in hac Encyclica noſtra Epiſtola, non ſolum ad patefacienda fundamenta, quibus innituntur reſponſiones redditæ Miſſionario, qui quæſtiones ſub initium exſcriptas propoſuit; ſed etiam, ut omnibus perſpecta fiat benevolentia, qua Sedes Apoſtolica Catholicos Orientales complectitur, dum præcipit, ut omnino ſerventur veteres ipſorum Ritus, qui neque Catholicæ Religioni, neque honeſtati adverſantur; nec a Schiſmaticis ad Catholicam unitatem redeuntibus expoſcit, ut Ritus ſuos deſerant, ſed ut Hæreſes ſolum ejurent, atque execrentur: exoptans vehementer, ut diverſæ eorum Nationes conſerventur, non deſtruantur, omneſque (ut multa paucis complectamur) Catholici ſint, non ut omnes Latini fiant. Finem denique huic noſtræ Epiſtolæ imponimus, Apoſtolicam Benedictionem cuicumque eam legenti impertientes.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 26. Julii 1755. Pontificatus noſtri Anno XV.

Dat. 26. Julii 1755. Pont. XV.

L I.

Ad Incendium compeſcendum ad Eccleſiam S. Nicolai in Carcere exortum, minus rite allatam fuiſſe ex Eccleſia Sacram Pyxidem Sanctiſſimum Sacramentum intercludentem, eâque ſuper populum, & ad furentes flammas benedictum, rationibus, pluribuſque allatis Eccleſiaſticis ſanctionibus, demonſtratur; & ne tale quid exinde fiat, opportune ſancitur.

*Venerabili Fratri Noſtro, Fr. Joanni Antonio Epiſcopo Tuſculano S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, noſtro in Urbe, ejuſque diſtrictu Vicario Generali.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater Noſter, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exortum in Urbe incendium enarratur, monitúquepopulum, ut divinam opem deprecaretur.

CUM, ut recte noſti, proximo ſuperiore menſe Aprilis invaviſſet ignis ſuppellectiles, ac merces quaſdam aſſervatas in parvis quibuſdam domibus ſitis in Foro Montium dicto, Parochialis diſtrictus S. Nicolai in Carcere, cumque continuò, quod ſatis ſuperque fieri aſſolet, in magnum excreviſſet incendium; memoratæ Parochialis, inſimulque Collegiatæ Eccleſiæ Canonici ſuum eſſe exiſtimarunt, hortari populum ad Dei implorandam opem, ut pro ſua miſericordia maximum impendens detrimentum avertere dignaretur, cujus vehemens ſuberat timor, quoties extinctum incendium non fuiſſet.

Coactam deindemagnam populi multitudinem in Eccleſiam, fuſis precibus Dei miſericordiam imploraſſe.

§. 2. Ad congregandum populum initum fuit conſilium, ut circumiens Miniſter tintinnabulum pulſaret ad eum plane modum, quo cogi multitudo ſolet, ut ſanctiſſimum Sacramentum ad ægrum aliquem deferendum comitetur. Cumque ita contigiſſet, ut Eccleſia populo compleretur, ante Aram Beatiſſimæ Virgini dicatam, multa quidem Religione recitatum fuit elata voce Roſarium, atque etiam in ejuſdem Sanctiſſimæ Virginis honorem cantatæ fuerunt Litaniæ. Ad hæc Sacerdos pio æque ac ferventi ſermone intereſſentes excitavit, ad Dei placandam indignationem, implorata ſibi ex animo de patratis criminibus venia, & quantum quidem relatum eſt, inſonuit Templum clamoribus illorum, qui ſibi a divina miſericordia multis gemitibus & lacrymis patratorum criminum veniam precabantur.

Juſſum præterea,utSacra Pyxide Sanctiſſimum Sacramentum includente ſuperPopulū, & incendium benediceretur:

§. 3. Si nihil fuiſſet præterea geſtum, nil quoque fuiſſet, quod objiceretur, & nemo piam agendi rationem in memorato luctuoſo caſu ſervatam non laudaſſet. At cum ex religioſo, ſanctoque ſtudio adaugendæ devotionis populi, enixiſque ejuſdem votis ſatisfaciendi, opportunum quin & congruum viſum fuerit præcipere, ut reſerato Tabernaculo, in quo Sacra Pyxis cuſtoditur, eadem ſuper populo, & ad incendium benediceretur:

Quod & præſtitum fuit media in via, ubi populus eratfrequens, & ignis conſpicuus.

§. 4. Cumque is, qui Parochi vice fungitur, data ſibi juſſa perficiens, ſacris indutus veſtibus, accepta Sacra Pyxide, in qua erat adorandum Sacramentum, ab Eccleſia proceſſerit, ſatis congruo facum, miniſtrorumque numero ſtipatus, mediaque in via conſiſtens, unde ignis erat conſpicuus, Pyxide humerali velo obtecta non ſolum coactæ immenſæ multitudini, ſed & ad regionem voraci igne vaſtatam benedixerit; hoc plane illud eſt, unde ſermones varii exorti ſunt; quibuſdam

Factum hoc alii probant, improbant alii.

factum ipſum commendantibus; cenſentibus aliis, in ea facti ſpecie ſecus rem tranſigi non potuiſſe, ne populi frigeſceret devotio, neve offenderentur puſilli, ſibi, cohibendoque igni benedictionem

vehe-

L I.

Che per ſmorzare un'Incendio inſorto nelle vicinanze della Chieſa di S. Niccolò in Carcere, foſſe contro il vero Rito portata fuori della Chieſa in ſtrada la Sacra Piſſide con entro il Santiſſimo Sagramento, e con eſſa data la benedizione ſopra il popolo, e verſo l'Incendio, ſi dimoſtra e colla ragione, e con molte ordinazioni Eccleſiaſtiche; e ſi danno gli ordini opportuni per impedire in futuro ſimile inconveniente.

*Venerabili Fratri Noſtro, Fr. Joanni Antonio Epiſcopo Tuſculano S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, noſtro in Urbe, ejuſque diſtrictu Vicario Generali.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater Noſter, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

Si narra l'incendio nato, per cui il popolo venne eſortato a ricorrere all'ajuto Divino.

ESSENDOSI, come ella ben ſa, nel proſſimo paſſato meſe d'Aprile appiccato il fuoco ad alcuni mobili e mercanzie, ch'erano in alcune picciole caſe ſituate in Piazza Montanara, Parrochia di S. Niccola in Carcere, ed eſſendoſi, come pur troppo ſuol ſuccedere, veduto in un tratto eccitato un grave incendio, i Canonici della Collegiata della predetta Chieſa Parrocchiale, ſi ſtimarono in obbligo di dover invitare il popolo a ricorrere all'ajuto di Dio, acciò colla ſua miſericordia ſi degnaſſe d'impedire l'imminente graviſſimo danno, che pur troppo temevaſi, ogni qual volta l'incendio non foſſe reſtato eſtinto.

Queſto in granmoltitudine radunato in Chieſa implora da Dio miſericordia.

§. 2. Per unire la gente, fu preſo l'eſpediente di far girare un miniſtro, che ſonaſſe il campanello, come ſi ſuol fare, quando ſi vuol fare ammaſſo di perſone, che vengano ad accompagnare il Santiſſimo Sagramento, che ſi porta a qualche infermo; ed eſſendoſi in queſto modo riempita la Chieſa di popolo, fu avanti l'Altare della Beatiſſima Vergine con molta divozione recitato ad alta voce dai radunati il Roſario, e furono ancora cantate le Litanie in onore della gran Vergine Maria; e dopo ciò un'Eccleſiaſtico, con pio e fervoroſo ragionamento, eccitò gli aſtanti a placare l'ira di Dio, chiedendogli di vero cuore perdono de' peccati commeſſi, e per quanto ſi è riſaputo, rimbombò la Chieſa di clamori di quelli, che implorando la Divina miſericordia, chiedevano con gemiti e ſinguli perdono de' proprj peccati.

Ordine dato di benedire colla Sacra Piſſide contenente l'Euchariſtia, il popolo, ed il fuoco.

§. 3. Se nulla di più ſi foſſe fatto, nulla vi ſarebbe ſtato da opporre; e ciaſcheduno avrebbe lodata la pia condotta tenutaſi nella ſopradetta lagrimevole congiuntura: ma pe'l pio e ſanto deſiderio di mantenere ed accreſcere nel popolo la divozione, e ſoddisfare alle ſue fervoroſe brame, eſſendoſi creduto opportuno e ben fatto il far aprire il Tabernacolo, ove ſi conſerva la ſacra Piſſide, e di far con eſſa dare la Benedizione al popolo, ed all'incendio:

Fu ciò eſeguito nella pubblica ſtrada alla preſenza del popolo, e di contro all'incendio.

§. 4. Ed avendo il Vicecurato in eſecuzione degli ordini datigli, dopo eſſerſi veſtito coi ſacri arredi, preſa la ſacra Piſſide, in cui era il Venerabile Sagramento, ed uſcito col decente accompagnamento di lumi e Miniſtri dalla porta della Chieſa, avendo nel mezzo della ſtrada, da dove ſi vedeva il fuoco, data la Benedizione colla Piſſide coperta dal velo umerale, non meno ſopra l'immenſo popolo iviradunato, che verſo quella parte, ove era il fuoco; ciò è quello, che ha ſomminiſtrato campo a varj diſcorſi: avendo alcuni commendata la predetta Benedizione; a-

Il fatto è approvato da alcuni, biaſimato da altri.

vendo altri creduto, che nelle circoſtanze del fatto, altro non ſi poteſſe fare, che quello che fu

fatto,

vehementiſſime exoptantes, aliis denique contra aſſertum novum incongruumque ritum inclamantibus.

Commẽdat Pontifex agendi rationem Eminẽtiſſimi Vicarii, ad quem dat hanc Epiſtolam ſervandam in futurorum caſuum normam.

§. 5. Et quamvis Fraternitas Tua inter has diſputationes non aliam, prout aſſoles, iniveris rationem, quam quæ Chriſtianæ prudentiæ omnino congruerit, hancque ipſam probaverimus Ipſi, & nunc quoque, ut mox conſtabit, probemus; nobis tamen videmur facere non poſſe, quin ea, quæ Ipſi hac de re expendimus ac notavimus, perſpecta tibi reddamus hiſce noſtris litteris; quas mandamus, in futurorum temporum normam, apud Acta tabularii tui aſſervari.

Rationes, quibus memoratum factum defendi poſſet.

§. 6. Quicunque ea, quæ geſta ſunt probanda ſibi, ac defendenda ſuſcipiens aſſereret, nihil plane in eo præſtitum, quod cultui Sanctiſſimæ Euchariſtiæ debito non congruerit, & perdifficile eſſe per integram rei geſtæ ſeriem, quidquam offendere ex intrinſeca ratione improbandum, immo vero facile reperiri poſſe, quod pietatem, & devotionem ſapiat, aliaque afferat ſpiritualia commoda; multa is quidem diceret, ſuamque aſſertionem firmare poſſet iis, quæ adnotat Theophilus Raynaudus *tom. 15. ſuorum Operum pag. 83. col. 1.*, ubi loquens de Sacramenti expoſitione fieri ſolita, cum aliquod imminet infortunium, ita ſcite rem expendit: *Eſt modus aptiſſimus permovendi populum, ac excitandi ad pietatem neceſſitati congruentem, verbi gratia, ſi ingruat peſtis, aut incurſus hoſtium, aut aerearum tempeſtatum malignitas: nihil enim habet Eccleſia aptius ad plebem Fidelium excitandum, & ſenſu pietatis Deum placaturo afficiendam, quàm ſacrum ſpectaculum Corporis Chriſti propalam exhibiti, & objectum ejus, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra.* Sed non ſatis ea eſſent: Ritus quippe, de quo eſt quæſtio, multa habet adnexa inferius a nobis expendenda, ex quibus, ſepoſita pietate actus, jure meritoque poteſt Eccleſia eum non probare, neque enim illa hac in re intrinſecam tantummodo ejuſdem bonitatem ſpectat, ſed & alia, quæ vel neglecta, vel non prævisa, facile poſſunt confuſiones inducere ac perturbationes.

Nec non exempla ex Sacris Eccleſiæ monumentis deſumpta.

§. 7. Si quis autem, ut ſibi tuta unoque veluti ictu ſalva res eſſet, Eccleſiaſticas proferret hiſtorias, exempla ipſi præſto eſſent opinioni ſuæ valde accommoda. In Chronica Albigenſium Epiſcoporum, atque Abbatum Caſtræ, apud Thiers in Tractatu *de Expoſitione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramenti 2. part. impreſſionis Pariſienſis anno 1677. lib. 5. cap. 12.* legitur, ſub Abbate Geraldo, qui vixit ad annum 1090. incendium a fulmine excitatum, fuiſſe hoc pacto extinctum:

*Jamque Monaſterium furibunda incendia volvit,*
*Cum, Chriſti oblato Corpore, flamma cadit.*

Celebre eſt S. Bernardi factum relatum in ejus vita, quam ſcribere inſtituit Abbas Guilelmus a S. Theodorico, abſolvitque Abbas Hernaldus a Bonavalle, veteri amicitia cum Sancto conjunctus. Adſtabat ad Eccleſiæ Januam Willelmus Aquitaniæ Dux, intus ob excommunicationem non ingrediens. Vir Sanctus interea Sacrum faciebat: cumque conſecraſſet, ante conſummationem, impoſito Patenæ Divino Sacramento, & ad Ducem accedens ipſum eo ferventis animi affectu eſt allocutus, ut eundem ad inſignem pœnitentiam adduxerit, & ad novum vitæ inſtitutum, unde porro in Beatorum album, qui cultum in Eccleſia obtinent, recenſeri promeruit,

uti

fatto, per non intiepidire la divozione del popolo, e non iſcandalizare i puſilli, che ſoſpiravano la Benedizione e ſopra il fuoco, e ſopra loro ſteſſi; ed altri finalmente eſclamando contra la preteſa novità del rito, e contra la ſuppoſta improprietà dello ſteſſo.

Loda il Põtefice il precedente contegno dell'Eminẽtiſſimo Vicario, a cui dirigge queſta lettera per regola de' caſi futuri.

§. 5. E benchè Ella fra queſte dicerie non abbia, ſecondo il ſuo ſolito, tenuta altra condotta, che quella, che in tutto e per tutto è ſtata confacente alla prudenza Criſtiana, e queſta ſua condotta ſia ſtata, e ſia anche da Noi approvata, comi vedraſſi in appreſſo; crediamo nulladimeno non poterci eſentare dal manifeſtarle con queſta noſtra lettera le noſtre conſiderazioni: ordinandole il conſervarla negli Atti della ſua Cancelleria, per regola de' tempi futuri.

Ragioni allegabili in diſeſa del fatto accennato.

§. 6. Chi, volendo approvare e ſoſtenere il fatto, diceſſe, non eſſervi in eſſo ſtata coſa veruna, che non ſia ſtata confacente all' adorazione dovuta alla Santiſſima Eucariſtia, ed eſſer molto difficile il ritrovare in tutta la ſerie di quanto è ſeguito, un'atto, per intrinſeca ragione, degno d' eſſere riprovato, anzi eſſer facile il ritrovare pietà e divozione, ed altri ſpirituali vantaggj; direbbe molto, e potrebbe convalidare la ſua aſſerzione con quello, che ſcrive Teofilo Rainaudo *al tom. 15. delle ſue Opere pag. 83. col. 1.* ove, diſcorrendo dell' eſpoſizione del Sagramento, che ſi fa, quand' è imminente qualche diſgrazia, così ſaviamente riflette: *Eſt modus aptiſſimus permovendi populum, ac excitandi ad pietatem neceſſitati congruentem, verbi gratia, ſi ingruat peſtis, aut incurſus hoſtium, aut aerearum tempeſtatum malignitas: nihil enim habet Eccleſia aptius ad plebem Fidelium excitandam, & ſenſu pietatis Deum placaturo afficiendam, quàm ſacrum ſpectaculum Corporis Chriſti propalam exhibiti, & objectum ejus, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra*: Ma forſe non direbbe quanto baſta; concorrendo nel rito, che è in queſtione, alcune circoſtanze, delle quali parleraſſi dipoi, in vigore delle quali, non oſtante la pietà dell' atto, può ragionevolmente la Chieſa non averlo approvato; non avendo Ella in ciò unicamente riguardo all' intrinſeca bontà, ma ad altre coſe, che o non curate, o non prevedute, poſſono facilmente eſſer cagione di varj diſcordini.

Ed eſempj preſi dalla Sacra Storia.

§. 7. Chi per aſſicurare la partita, e porre in un colpo il tutto in ſalvo, deſſe di mano alla Storia della Chieſa, ritroverebbe eſempj molto favorevoli. Nella Cronaca de' Veſcovi d' Albi, e degli Abbati di Caſtro, appreſſo il Thiers nel Trattato *dell' Eſpoſizione del Santiſſimo Sagramento dell' Altare nella 2. part. della Stampa di Parigi del 1677. lib. 5. cap. 12.* ſi legge, che nel tempo di Geraldo Abbate, che viſſe nel 1090. fu eſtinto un' incendio cagionato da un fulmine, nel modo ſeguente:

*Jamque Monaſterium furibunda incendia volvit,*
*Cum, Chriſti oblato Corpore, flamma cadit.*

Celebre è il fatto di S. Bernardo, riferito nella di lui Vita incominciata dall' Abbate Guglielmo di San Teodorico, e proſeguita dall' Abbate Ernaldo di Buonavalle, antico amico del Santo. Era nella porta della Chieſa Guglielmo Duca d' Aquitania, che non entrava, eſſendo ſcomunicato. Celebrava il Santo la Meſſa: e dopo aver conſecrato, prima di conſumare, poſto il Divin Sagramento ſopra la Patena, ed accoſtatoſi al Duca, gli parlò con tal fervore di ſpirito, che lo induſſe àd una glorioſa penitenza, e ad una nuova vita, per cui ha poſcia meritato d' eſſere annoverato fra i Beati, che hanno culto nella Chieſa, come può vederſi nel

Marti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uti videre eſt in Martyrologio Romano quarto idus Februari. Geſta res deſcripta legitur in præindicata antiqua vita S. Bernardi, & perbelle retexitur a duobus recentioribus ejuſdem Vitæ Scriptoribus, a Magagnotio nempe *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 38. & a Petrina in *Hiſtoria Chronologica lib.* 4. *tom.* 1. *num.* 371. *& ſeq.* Celebre quoque ſeſe prodit factum S. Claræ, quæ, ut Monaſterium ſuum, univerſamque Aſſiſienſem Urbem ſervaret a direptione, ac ſtragibus Saracenorum, jam jam impia conſilia exequentium, ad Monaſterii januam afferri curavit Tabernaculum Sacramentum intercludens: Chriſtique vix objecto corpore, Saracenorum nonnulli obcœcati, reliqui præcipites effugere. Rem narrat S. Antoninus in *ſuis Hiſtoriis tit.* 24. *cap.* 6. *§.* 3. Reſumitur eadem a Bollandiſtis *tom.* 2. *menſis Auguſti pridie idus pag.* 759. *num.* 21., & a Pagio *in Vita Alexandri IV. n.* 15. Ejuſdem fere temporis cum S. Claræ facto eſt & aliud relatum a Roderico Granatenſi *part.* 2. *explanationis Symboli cap.* 27. §. 7. ſecutum anno 1230. in Regno Valentiæ, dum bellum geretur in Mauros: de horum quippe exercitu tum Chriſtifideles inſignem retulere victoriam, cum pius Sacerdos manibus geſtans pannum lineum conſecratis Particulis plenum, prodiit in omnium conſpectum, Deum exorans, ut noſtris præſto eſſet, eoque pacto eſt eoſdem hortatus ad inſtaurandum certamen, quod porro inſignis victoria eſt conſecuta. Meminimus & ipſi eorum, quæ in minoribus, agenteſque Promotorem Fidei, legimus in Actis collectis ſuper Virtutibus Beati Petri Fourerii, ad quem cum delatum fuiſſet, publica in Caupona quoſdam ſacrilegis verbis Divinum Nomen violare, ad Sacrum Tabernaculum advolavit, arreptamque Sacram Pyxidem, ſecum detulit ad Cauponam, cumque Sacratum pignus manu oſtentans, immane facinus ſceleſtis pateteciſſet atque exprobaſſet, eoſdem ad pœnitentiam adduxit. Aſt hæc, hiſque ſimilia exempla ex peculiari divino ſpiritu impulſuque proceſſiſſe, demonſtratum eſt non ſolum ex ſecundo eventu, ſed & ex peculiaribus hæc agentium virtutibus. Ea itaque ſunt hæc exempla, quæ miremur, haud autem imitemur, nec quidquam exinde inferri poteſt pro iis, qui debent ſe ad legum normam componere: quemadmodum a Nobis quoque fuit generaliter demonſtratum in noſtro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib.* 3. *cap.* 41. & præcipue *num.* 20.

Non congruunt eadē cuicunque caſui, nec generalem exhibere poſſunt agendi normam, & quare.

*§.* 8. In hanc Claſſem referri & illud poteſt, quod legitur in *Natali* 10., quod S. Paulini Nolani opus eſt, ubi narrat, ingens incendium fuiſſe extinctum objecto tantum ad flammas Sanctæ Crucis fruſtulo.

*Vicerat ignis aquam, nos ligno vincimus ignem,*

*Quamque aqua non potuit, vicit brevis haſtula flammam.*

Quæ autem aptiora ad rem comprobandam proferuntur exempla, nec laudantur, nec ritum poſſunt inducere.

Et quoties ex claſſe horum, ſimiliumque exemplorum, quæ peculiari Divino afflatui non immerito tribuuntur, ad alios progredi quis vellet eventus, allatam Divini impulſus exceptionem haud ita facile recipientes, veluti ad id, quod ſub annum 1647. contigiſſe fertur Halæ Tyrolis, ubi cum Sacerdos Venerabili Euchariſtia adhibita ingenti incendio benedixiſſet, reſtitit ignis; vel ad illud, quod anno 1734. ſive alio veriori tempore, hìc Romæ geſtum eſt, tunc, quando publica ſolemnique pompa fuit Sacramentum ab Eccleſia delatum ad incendii locum, eoque impertita benedictio; qui his uteretur exemplis, haud valde proficeret, tum quia primum ex recenſitis factis affertur a Gobato in ſua *Theologia experimentali tract.* 4. *caſ.* 21. *ſect.* 1. *num.*

Martirologio Romano *ai* 10. *di Febbrajo.* Il fatto è riferito nella detta antica Vita di San Bernardo, ed è riaſſunto felicemente da due moderni Scrittori della ſteſſa Vita, cioè dal Magagnotti *al lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 38., e dal Petrina *nella Storia Cronologica al lib.* 4. *tom.* 1. *n.* 371. *e ſeg.* Celebre pure è il fatto di Santa Chiara, che per liberare il ſuo Monaſtero, e la Città d'Aſſiſi dal ſaccheggio e ſtrage de' Saraceni, che già erano in procinto di eſeguire i loro furibondi diſegni, fece portare alla porta del Monaſtero il Tabernacolo, ov' era il Venerabile, ed alla comparſa del Corpo di Criſto alcuni Saraceni perderono la viſta, e gli altri ſi diedero ad una fuga precipitoſa. Il fatto è riferito da S. Antonino *nelle ſue Storie tit.* 24. *cap.* 6. *§.* 3., ed è riaſſunto dai Bollandiſti *nel tom.* 2. *d' Agoſto al giorno* 12. *pag.* 759. *num.* 21., e dal Pagi *nella Vita di Aleſſandro IV. al num.* 15. Quaſi contemporaneo al fatto di S. Chiara è l' altro riferito da Roderico Granatenſe *alla part.* 2. *della ſpiegazione del Simbolo cap.* 27. §. 7., che ſeguì l' anno 1230. nel Regno di Valenza nella guerra contro i Mori, eſſendoſi dai Criſtiani ottenuta un' inſigne Vittoria contra il loro eſercito, allora che un pio Sacerdote preſentoſſi con un Corporale in mano pieno di Particole conſecrate, pregando Dio ad aſſiſtere ai noſtri, ed eccitandoli in quel modo ad un nuovo combattimento, da cui derivò l' inſigne Vittoria. Ci ricordiamo ancor Noi di quanto, eſſendo in minoribus, ed eſercitando l' uffizio di Promotore della Fede, legemmo ne' Proceſſi fatti ſopra le virtù del Beato Pietro Fourerio, che, avendo avuta notizia, che in una pubblica Oſteria alcuni beſtemmiavano il nome di Dio, corſe al ſacro Tabernacolo, diede di mano alla Sacra Piſſide, con eſſa s' incaminò all' Oſteria, ed avendo col Sacro pegno in mano predicato, e rimproverato ai delinquenti il loro grave misfatto, gl' induſſe a penitenza. Ma queſti, ed altri ſimili eſempj furono effetti di uno ſpeciale ſpirito ed impulſo Divino, riconoſciuto non meno dalla felicità dell' evento, che dalle perſonali virtù di quelli, che li praticarono. Sono dunque eſempj ammirabili, e non imitabili; nè poſſono fondar conſeguenza a pro di quelli, che debbono vivere ſecondo le leggi; come anche da Noi è ſtato generalmente dimoſtrato nella noſtra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib.* 3. *cap.* 41. e ſpecialmente *al n.* 20.

Non ſono eſſi applicabili ad ogni caſo, nè poſſono formar regola per tutti; e perchè.

§. 8. A queſta Claſſe può anche riferirſi ciò, che ſi legge *nel Natale* 10. Opera di S. Paolino di Nola, ove racconta, che reſtò eſtinto un grand' incendio con aver voltata verſo le fiamme una particella del legno della ſanta Croce:

*Vicerat ignis aquam, nos ligno vincimus ignem,*

*Quamque aqua non potuit, vicit brevis haſtula flammam.*

Gli eſempj addotti per comprovare il fatto, nè ſi commendano, nè ſono valevoli ad introdurre un rito.

E quando dalla claſſe di queſti e ſimili eſempj, che con molto fondamento vengono attribuiti a ſpeciale impulſo Divino, ſi faceſſe paſſaggio ad altri eventi, ne' quali il predetto Divino impulſo non così facilmente potrebbe ammetterſi, come ſarebbe a dire a quello, che ſucceſſe l' anno 1647. in Hala del Tirolo, ove avendo un Sacerdote data la Benedizione col Venerabile ad un grave incendio, reſtò il fuoco eſtinto, o a quanto fu praticato l' anno 1734., o in altro più vero tempo, quì in Roma, allorchè con pubblicità e ſollennità fu portato il Venerabile dalla Chieſa al luogo, ove era l' incendio, e col Venerabile fu data la Benedizione; chi ſe ne prevaleſſe, non ſarebbe gran viaggio, sì perchè il primo de' predetti

375., qui tamen illud non probat, ſed tantum nuncupat felix ab exitu: *Factum felix ab eventu*; tum quia unum, vel plura adhuc facta hujuſmodi, aut incognita, aut a Superioribus diſſimulata, haud tanti ſunt, quibus jure recens aliqua diſciplina, novuſque ritus innitatur.

**Primum, ſed minus firmum argumentum illorum qui factum improbant.**

§. 9. Sicuti prænotatum eſt, ſuperius allata argumenta, ad ritum, de quo ſermo eſt, vindicandum infirma ſunt, leviori ſque momenti, ſed ejuſdem furfuris ſunt alia quædam, quæ in Ritum ipſum objectantur, atque extolluntur. Ajunt nonnulli Euchariſtiæ Sacramentum a Chriſto fuiſſe inſtitutum, ut eo veſceremur; quod quidem indubium eſt: at ſatis deprehendi non poteſt, quomodo ex hoc antecedenti inferre liceat, haud decere illud in Supplicationibus deferre, Deumque, qui ſub Sacramenti ſpeciebus adeſt, deprecari, ut a gravibus nos quandoque obſidentibus periculis præſtet incolumes. *Neque enim ideo minus eſt adorandum*, (ſunt concepta verba Concilii Tridentini, de hoc Divino Sacramento loquentis, *ſeſſ.* 13. *cap.* 5.) *quod fuerit a Chriſto Domino, ut ſumatur, inſtitutum: nam illum eumdem Deum præſentem in eo adeſſe credimus, quem Pater æternus introducens in Orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei: quem Magi procidentes adoraverunt, quem denique in Galilæa ab Apoſtolis adoratum fuiſſe Scriptura teſtatur*: Exindeque Tridentini Patres commendare pergunt pias Supplicationes in Feſto Corporis Chriſti haberi ſolitas, religioſaſque actiones comitantium Adorandum Sacramentum, dum ad ægrotos affertur, uti videre eſt *cap.* 5. *& cap.* 6. *& can.* 6. *cit. ſeſſ.* 13. Chriſtus Dominus quâ homo, vel nunc in gloriæ ſtatu, Deum Patrem pro nobis rogat: *Chriſtus Jeſus, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis*: legitur *in Epiſtola ad Romanos* 8. *Advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum*: ſubditur in Epiſtola prima S. Joannis *cap.* 2. ſive porro hoc præſtet, petens expreſſe a Deo, ut nobis proficua concedat, ſive implicite ſuam exhibens Humanitatem, veluti Hoſtiam jam ipſi in Cruce oblatam, ut Deus in eam reſpiciens, quæ utilia nobis poſſunt evadere, elargiatur; veluti diſſerunt noſtri Theologi, qui licet in explicatione tradenda diſcrepent inter ſe, dum alii primæ ſubſcribunt, alii ſecundæ ſententiæ: conſentiunt tamen omnes quoad dogma, inſimul adnotantes: neque Eccleſiam, neque Fideles ſolere abſolutè ad Chriſtum confugere, ut ipſe pro nobis oret, ſed ut noſtra velit exaudire vota, ne videantur cum Arii, & Neſtorii erroribus conſentire, qui tueri audebant, ipſam Chriſti perſonam, ad quam vota diriguntur noſtra, eſſe creatam, & divina inferiorem. Cum autem noſtras preces audiat Chriſtus, quoties id promerentur, cumque idem Chriſtus vere Deus & Homo, vere, realiter, ac ſubſtantialiter ſub ſpeciebus Euchariſtici panis contineatur, omnino nunquam affirmari poterit, non poſſe nos ſupplices ad ipſum confugere, ut incendium extingui deprecemur, ex eo tantum, quod Sacramentum fuerit in noſtrum cibum inſtitutum; ſed erit tantummodo aſſerendum, non licere ita ad illum confugere, ut Sacramentum educatur e Tabernaculo, afferatur ad ignem, atque ad incendium benedicatur, ob qualitatem Ritus, quoties firma deſint ad eum vindicandum argumenta.

**Alia duo haud validiora argumenta**

§. 10. Alii ulterius progrediuntur, aſſerenteſque non poſſe rem creatam irrationalem Dei nomine adjurari, autumant, hoc unum poſſe valide obſiſtere ritui benedicendi incendii cum Eucha-

fatti vien riferito dal Gobat *nella ſua Teologia eſperimentale tratt.* 4. *caſ.* 21. *ſect.* 1. *num.* 375., che non l'approva, ma lo chiama felice dall'evento: *Factum felix ab eventu*; sì perchè uno, o anche più atti, o non ſaputi, o diſſimulati dai Superiori Eccleſiaſtici, non ſono baſtanti per formare una diſciplina, ed introdurre un Rito.

**Prima ragione, ma non molto valida, di quelli, che riprovano il fatto.**

§. 20. Hinc ad Rituale Cardinalis Sanctorii gradum facimus. Celebris Præſul Fontanini, qui paucos librorum peritia ſibi pares habuit, in appendice ad Catalogum librorum bonæ memoriæ Cardinalis Imperiali, *littera S.* hæc adnotata reliquit: *Opus rariſſimum, ſine principio, & fine, impreſſum ſub Paulo V.*, & jure quidem: egregii quippe hujuſce operis impreſſa folia delitеſcebant in angulo Vaticanæ Bibliothecæ, quorum notitia ad Viros Sacrorum Rituum ſtudioſos delata, impetrarunt hi, ut ſimul colligerentur, quò eorum exemplum ſibi ſumere liceret. Tunc vero factum, ut multi ejuſdem ſibi exemplum comparaverint, quod in ſuis Bibliothecis condiderunt, cum ante id temporis pauca eſſent, atque rariora exempla: neque enim alia eouſque comperta erant exempla, quàm quæ extabant, & nunc etiam extant, unum in Bibliotheca Monaſterii S. Crucis in Hieruſalem, duo autem in Bibliotheca Collegii Romani, quorum alterum fuit Venerabilis Cardinalis Bellarmini, alterum Præſulis Coccini Rotæ Auditoris. Uti prænotatum eſt, aſſerit Præſul Fontanini, Rituale Cardinalis Santorii principio deſtitui, & fine; idque omnino verum, quemadmodum videre eſt in exemplis mox ſupra indicatis. Teſtatur, illud ſub Paulo V. impreſſum, at non meminit, quod illum latuerit fortaſſe, ſuppreſſum fuiſſe juſſu ejuſdem Pontificis, dum adhuc ſub prælo eſſet, quemadmodum ab eodem Præſule Coccino ſua manu adnotatum legitur in præfato Rituali, in Collegio Romano, uti prædictum eſt, aſſervato: *Hoc Opus, dum adhuc ſub prælo eſſet, ſuppreſſum fuit Romæ tempore Pauli V., ideoque caret principio, medio, & fine.* Et licet in ejuſdem Ritualis exemplis noviſſime evulgatis, ac diſtributis, initium reperiatur ac finis, facile tamen deprehenditur, & initium, & finem ipſis fuiſſe, quamvis fortaſſe parum conſiderate, ſuperadditum, ne per manus abiret mutilum exemplum, nec caput habens nec pedes.

Plura ei ſuperaddita ſub initium.

§. 21. Id vero comprobatur ex titulo, ſive inſcriptione præfatis recentibus exemplaribus præpoſita; conſtat quippe his verbis: *Rituale Sacramentorum Romanum, Gregorii XIII. Pontificis Maximi juſſu editum, Romæ* 1584. in quo facti veritas primum deſideratur, cum de imprimendo Rituali Cardinalis Sanctorii cogitatum fuerit tantummodo ſub Pontificatu Pauli V., uti mox ſupra dictum eſt, nec cuſum illud fuerit ſuperſtite Auctore, qui e vivis exceſſit ſub annum 1601., Clemente VIII. Pontifice, ſed ab ejuſdem hæredibus ſub Pontificatu Pauli V., quemadmodum mox infra conſtabit.

Et ad finem.

§. 22. In prædictis exemplaribus & finis quoque conſpicitur; *pagina quippe* 712., hæc leguntur verba: *Ritualis Romani Finis.* Qui autem id ſibi ſumpſit, ut extrema ſuppleret, mediam partem ſatis non inſpexit, ubi non minus in ipſis, quam in cæteris quibuſcumque exemplis deſiderantur paginæ, *quæ a pag.* 252. *ad pag.* 257. *ſubſequuntur.* Verum, quanticunque ſit hæc animadverſio, ſermonem omnem colligentes ad finem, facili negotio detegitur recens ſuperadditio nonnullorum foliorum,

quæ

ch'era di lui nipote, e che nel tempo del di lui Pontificato aveva avuta tutta l'ingerenza negli affari Eccleſiaſtici, permeſſo, che nel ſuo Sinodo Dioceſano, ed in un ſuo Concilio Provinciale tenuti dopo il predetto tempo, ſi ſtabiliſſe quanto fu ſtabilito, e che è in tutto e per tutto contrario a quanto ſi legge nell'Opera predetta del Caſtellano.

Notizie Iſtoriche intorno al Rituale del Cardinal Santorio.

§. 20. Facendo poi paſſaggio al Rituale del Cardinale Santorio, il celebre Monſignor Fontanini, Uomo, che ha avuti pochi pari nella cognizione de' Libri, nell'appendice al Catalogo de' Libri del fu Cardinale Imperiali, *alla lettera S*, così laſciò ſcritto, trattando del detto Rituale: *Opus rariſſimum, ſine principio & fine, impreſſum ſub Paulo V.* e ſcriſſe molto bene; imperocchè i fogli di queſta bell' Opera ſtampati, erano ſepolti in un' angolo della Biblioteca Vaticana, ed avendone avuta notizia alcuni uomini ſtudioſi de' Sacri Riti, eſſi ottennero, che ſe ne faceſſe l'unione, per averne un eſemplare; ed allora fu, che molti procurarono d'averne uno da mettere nella ſua Libreria, mentre prima del detto tempo pochi e rari erano gli eſemplari, non eſſendovi fino a quel tempo ſtata altra notizia, che di un eſemplare, ch' era, ed è nella Biblioteca del Monaſtero di S. Croce in Geruſalemme, e di due altri eſemplari, che erano e ſono nella Biblioteca del Collegio Romano, uno de' quali fu del Venerabile Cardinale Bellarmino, e l'altro di Monſignor Coccino Uditore di Rota. Come ſi è veduto, Monſignor Fontanini dice, che il Rituale del Cardinale Santorio è ſenza principio, e fine; e ciò è ſuſſiſtente, come ſi può vedere negli eſemplari poc'anzi indicati. Atteſta, che fu ſtampato ſotto Paolo V., ma non fa menzione, perchè forſe non ne avrà avuta notizia, che, mentre ſi ſtampava, fu ſoppreſſo per ordine dello ſteſſo Pontefice, come ſi trova notato di mano di Monſignor Coccino nel predetto Rituale, eſiſtente, come ſi è detto, nel Collegio Romano: *Hoc Opus, dum adhuc ſub prælo eſſet, ſuppreſſum fuit Romæ tempore Pauli V., ideoque caret principio, medio, & fine.* E ſebbene negli ultimi eſemplari dello ſteſſo Rituale, come ſopra, pubblicati e diſtribuiti, ſi vede, eſſervi il principio ed il fine; vi vuol poco però a comprendere, che vi fu fatto l'aggiunta del principio e del fine (ma forſe ſenza tutte le dovute avvertenze) per non laſciar correre un eſemplare mutilo, e ſenza principio, e fine.

Vi ſono ſtate fatte varie aggiunte ſul principio.

§. 21. La prova di queſt' aſſunto ſi deſume dal Titolo, o ſia Frontiſpizio de' predetti ultimi eſemplari, eſſendo eſſo concepito colle ſeguenti parole: *Rituale Sacramentorum Romanum, Gregorii XIII. Pontificis Maximi juſſu editum, Romæ* 1584., il che non ſuſſiſte in fatto, eſſendoſi penſato alla ſtampa del Rituale del Cardinale Santorio nel Pontificato di Paolo V., come poc'anzi ſi è detto, e non eſſendo ſtata fatta la ſtampa nel tempo, che vivea l'Autore, che morì l'anno 1601. nel Pontificato di Clemente VIII., ma bensì da' ſuoi eredi nel Pontificato di Paolo V., come or ora vedraſſi.

Ed al fine.

§. 22. Ne' predetti eſemplari ſi ritrova pure il fine, leggendoſi *alla pag.* 712. *Ritualis Romani Finis.* Nè chi ſi preſe il penſiero di ſupplire ciò, che mancava, ebbe l'avvertenza d'oſſervare il mezzo, mancando in eſſi, come in tutti gli altri precedenti, le pagine intermedie fra *la pag.* 252. e *la pag.* 257. Ma, ciocchè ſiaſi di queſta rifleſſione, reſtringendo il diſcorſo al fine, vi vuol poco a comprendere la recente aggiunta di alcuni fogli, che non ſolo ſi deſume dalla carta, e dall'inchioſtro, ma dal

numero

quæ non ſolum ex charta & atramento evincitur, ſed ex ipſo paginarum numero; poſtrema quippe exemplaria ad paginam pertingunt 712., cum cæteroquin duo vetera exempla, alterum nempe Cardinalis Bellarmini, & alterum in Bibliotheca S. Crucis in Hieruſalem aſſervatum, paginam 604. non prætergrediantur, atque etiam alterum Præſulis Coccini pag. 708. compleatur. Ritus itaque Benedictionis cum Sanctiſſimo Sacramento nonniſi in poſtremis exemplaribus reperitur, cum legatur ipſe ad paginam 709., & cæteroquin vetera inter exemplaria nullum paginam 708. prætergrediatur.

numero delle pagine; arrivando gli ultimi eſemplari *alla pag.* 712., quando i due eſemplari antichi, cioè quello ch'era del Cardinale Bellarmino, e l'altro della Biblioteca di S. Croce in Geruſalemme, terminano *alla pag.* 604., e quando l'altro di Monſignor Coccino termina *alla pag.* 708. in tal maniera, che la Benedizione col Venerabile non ſi ritrova in verun'altro eſemplare, che negli ultimi, leggendoſi eſſa *alla pag.* 709. e non eſſendovi fra gli antichi eſemplari verun'eſemplare, che paſſi la pagina 708.

Quare dum adhuc ſub prælo eſſet, ſuppreſſum?

§. 23. Ad abſolutiſſimam notitiam eorum omnium, quæ Rituale reſpiciunt Cardinalis Sanctorii, nil ſupereſt aliud, quàm inquirere cauſam, cur fuerit, Paulo V. Pontifice, ſudante prælo ſuppreſſum. Huic autem inveſtigationi videntur poſſe cumulate ſatis facere ea ipſa, quæ charactere Venerabilis Cardinalis Bellarmini adnotata reperiuntur in exemplo Ritualis Cardinalis Sanctorii, quo Bellarminus utebatur, quodque, uti ſæpius monuimus, extat in Bibliotheca Collegii Romani. *Hic Liber confectus eſt a Cardinali Sanctæ Severinæ longo tempore, & magno labore, & ſi quidem ſub nomine prædicti Cardinalis fuiſſet impreſſus, dempto illo verbo Romani* (quod verbum etſi non extaret in libri fronte, tunc non impreſſa; aderat illa tamen in prima Operis pagina: *Ritualis Romani Liber primus*) *potuiſſet libere communicari cum omnibus: ſed non placuit iis, ad quos pertinebat, ut cum nomine Romani publicaretur; & non placuit hæredi Cardinalis, ut ſine nomine Romani exiret. Ea cauſa eſt, cur hic Liber lucem non aſpiciat, & imperfectus ac mutilus extet in privatis Bibliothecis.*

Perche foſſe ſoppreſſo fra le ſtampe.

§. 23. Per compimento di tutto ciò, che riſguarda il Rituale del Cardinale Santorio, altro non reſta, che l'indagare il motivo, per cui ne fu ſoppreſſa la ſtampa nel tempo del Pontificato di Paolo V. Ed a queſta indagine ſembra poterſi pienamente ſoddisfare con ciò, che ſi ritrova ſcritto di carattere del Venerabile Cardinale Bellarmino nell'eſemplare del Rituale del Cardinale Santorio, di cui eſſo prevalevaſi, e che, come più volte ſi è detto, è della Biblioteca del Collegio Romano: *Hic Liber confectus eſt a Cardinali Sanctæ Severinæ longo tempore & magno labore, & ſi quidem ſub nomine prædicti Cardinalis fuiſſet impreſſus, dempto illo verbo Romani* (quale parola benchè non ſi trovaſſe nel frontespizio, che non fu allora ſtampato, ritrovavaſi però nella prima pagina dell'Opera: *Ritualis Romani Liber primus*) *potuiſſet libere communicari cum omnibus: ſed non placuit iis, ad quos pertinebat, ut cum nomine Romani publicaretur; & non placuit hæredi Cardinalis, ut ſine nomine Romani exiret. Ea cauſa eſt, cur hic Liber lucem non aſpiciat, & imperfectus ac mutilus extet in privatis Bibliothecis.*

Commendatione tamen dignum, licet auctoritate legis deſtitutum.

§. 24. Eſt itaque Opus Cardinalis Sanctorii omni commendatione dignum, optimoque jure ſibi vindicat laudes, quæ de eo, tum in adnotatione Cardinalis Bellarmini, tum & in præmemorato Brevi Pauli V. leguntur. Noſque ipſi auctoris laborem, & eruditionem ſæpius admirati, non prætermiſimus eo uti, debitamque laudem in noſtris evulgatis Operibus ipſi tribuere. At, ex ſuperius allatis notitiis, fieri nullo modo poteſt, ut ipſi vis legis concedatur, exiſtimeturque veluti opus a Summis Pontificibus approbatum, & tanquam Rituale Romanum; titulus enim hic ſolummodo convenit Rituali Pauli V. Pontificis, ad Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos per ipſum directo,

Rituale Romanū a Paulo V. editum, quid de propoſita quæſtione conſtituat.

*ut in poſterum, tanquam Eccleſiæ Romanæ Filii, ejuſdem Eccleſiæ omnium Matris & Magiſtræ auctoritate conſtituto Rituali in Sacris functionibus utantur, & in re tanti momenti, quæ Catholica Eccleſia, & ab ea probatus uſus antiquitatis ſtatuit, inviolate obſervent*: uti legitur in illius Brevi anni 1614., quo Rituale Romanum confirmat, & in quo licet adnotatæ legantur preces recitandæ *ad repellendam tempeſtatem*, fiatque mentio ſonitus æris campani, ſigni Crucis, atque aſperſionis aquæ benedictæ; nullum tamen omnino fit verbum de Benedictione, adhibito Sacramento impertienda.

Contuttociò merita lode, benchè non abbia forza di legge.

§. 24. L'Opera dunque del Cardinale Santorio merita ogni lode, e giuſtiſſimi ſono gli encomj, che di eſſa ſi leggono non meno nella nota del Cardinale Bellarmino, che nel Breve di Paolo V. di ſopra memorato; e Noi avendo avuta occaſione d'ammirare più volte la fatica e l'erudizione dell'Autore, non abbiamo laſciato di prevalercene, e di rendergli nelle Noſtre Stampe la dovuta giuſtizia. Ma, ſtanti le notizie poc'anzi eſpoſte, reſta impoſſibile il poter dare ad eſſa la forza di legge, e qualificarla come Opera approvata dai Sommi Pontefici, e come un Rituale Romano; competendo unicamente queſto titolo a quello del Pontefice Paolo V., che traſmiſe ai Patriarchi, Arciveſcovi, e Veſcovi,

Il vero Rituale Romano ſtampato per ordine di Paulo V. coſa ſtabiliſca del caſo preſente.

*ut in poſterum, tanquam Eccleſiæ Romanæ Filii, ejuſdem Eccleſiæ omnium Matris & Magiſtræ auctoritate conſtituto Rituali in Sacris functionibus utantur, & in re tanti momenti, quæ Catholica Eccleſia, & ab ea probatus uſus antiquitatis ſtatuit, inviolate obſervent*: come ſi legge nel di lui Breve del 1614. in cui conferma il Rituale Romano, e nel quale ſebbene ſono inſerite le preci da dirſi *ad repellendam tempeſtatem*, e ſi fa menzione del ſuono delle campane, e del Segno della Croce, e dell'aſperſione coll'acqua benedetta, nulla però ſi dice della Benedizione col Venerabile.

Collatio operum Card. Sanctorii, & P. Caſtellani, cum Synodis S. Caroli.

§. 25. Denique in una libræ lance ſtatuatur opus Cardinalis Sanctorii, quod, quanticunque tandem ſint reliquæ exceptiones omnes, nunquam dici poterit Pontificia auctoritate roboratum, illique in novam oneris acceſſionem ſuperaddatur alterum Opus Patris Caſtellani, nunquam & ipſum approbationem illam Pontificiam conſequutum; in altera vero lance ponantur Synodi Sancti Caroli Borromæi, quamvis illæ, ſi vim legis conſideres, in Diœceſi, totaque Provincia Mediolanenſi ſolummodo obtineant; hæcque omnia ſi quiſpiam ponderet, conſpiciet illico propendere illam Synodorum lan-

Paragone dell' opere del Cardinal Santorio, e del Padre Caſtellano, colli Sinodi di San Carlo.

§. 25. Finalmente ſi metta da una parte della bilancia l'Opera del Cardinale Santorio, che, ciocchè ſiaſi di tutte le altre eccezioni, non potrà mai dirſi, che ſia ſtata riveſtita col manto dell'autorità Pontificia; e ſe le metta per ſopraccarico l'altra Opera del Padre Caſtellano, che nemmeno ha avuta mai la detta approvazione; e nell'altra parte della bilancia ſi mettano i Sinodi di San Carlo, ancorchè la loro forza, in linea di legge, ſia riſtretta alla Dioceſi e Provincia di Milano: e chi peſa, vedrà, prevalere quella parte della bilancia, in cui ſono i Sinodi predetti; e dovendo prender parti-

lancem, quumque, aliquo hujuſmodi caſu ſeſe offerente, deliberandum erit, obſtrictum ſe noſcet, vi quidem directiva, amplecti quidquid fuit a Sancto Carolo præfatis in Synodis conſtitutum. Non indigent profecto præfatæ Synodi, ut quidquam illis adjiciatur, at ſi quæ fieri vellet acceſſio, in promptu illa quidem eſſet, & facillime comparanda ex aliis Synodis, & Ritualibus aliarum Diœceſium, in quibus ex norma in S. Caroli Synodis tradita, ſtatutum cernitur, ut cum incendii periculum ſubeſt, aperiatur Tabernaculum, Sacramentum relinquatur obtectum, religioſa fiat precum recitatio, nec extrahatur Sacramentum, ac proinde nè cum eodem ad incendia, tempeſtateſque benedicatur.

Alia Synodus Italica, Auctorumque Sententiæ, quibus propoſita aſſertio roboratur.

§. 26. Supra allatæ ſunt Synodorum, Auctorumque tranſalpinorum auctoritates, nunc alias ſuperaddemus ex Italis noſtris deſumptas. Injuriam ſibi faceret is, cui incomperta eſſent tum eximia virtus Præſulis Gratiani olim Ameriæ Epiſcopi, tum ejuſdem celebris Synodus habita anno 1595., *in cujus capite* 109. ita legitur. *Ad arcendas pluvias, aut tempeſtates, procellaſque, quæ forte impendere videbuntur, nemo Sacerdos Pyxidem ipſam cum Sacramento efferat, ſed tantum Tabernaculum, patefacto oſtio, adaperiat, & in conſpectu Sacramenti, genibus ad terram datis, Litanias, aliaſque precationes ejus rei cauſa inſtitutas, pie ſancteque cum populo, qui aderit, aut cum Clericis, aut etiam ſolus peragat, Divinamque benignitatem, ut mala, quæ peccata noſtra merentur, miſericordiâ ſuâ avertat, religioſe precetur.* Perſpecta quoque eſt præſtantia in rebus ad Ritus ſpectantibus Patris Bartholomæi Gavanti, qui compoſuit *Enchiridion*, ſeu *Manuale Epiſcoporum* ad Sacras functiones rite dirigendas; in hoc autem *verbo Euchariſtia num.* 14. hæc ſcripta reliquit: *Non adhibeatur contra grandinem, puta in valvis Eccleſiæ, benedicendo aërem.* Nec miſſum faciemus Clericatum, utcumque cæteris recentiorem, non exiguam tamen laudem conſecutum; in ejus quippe *deciſione* 60. de Euchariſtia *num.* 11. hæc leguntur: *At ad benedicendum aërem contra grandinem, prohibitum eſt, Sacram Euchariſtiam exponere in valvis Eccleſiæ.*

Iterata commendatio Eminentiſſimi Vicarii, ac monita.

§. 27. His Litteris finem imponimus, tum quia aliis obruimur curis, tum & quia æſtivis caloribus afficimur. Prudens nobis probatur Fraternitatis tuæ agendi ratio, dum nihil graviter egiſti in pium illum Sacerdotem, qui extra Januam Eccleſiæ S. Nicolai in Carcere Benedictionem ſuper Populo, & ad incendium eſt impertitus; valde enim huic caſui congruere nobis videntur verba S. Bernardi *Serm.* 40. *ſuper Cantica*, ubi hæc ſcripta reliquit: *Etiamſi perperam actum quid deprehendas, nec ſic judices proximum; magis autem excuſa. Excuſa intentionem, ſi opus non potes: puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum.* Verùm cum haud juſtum æquumve ſit, ut, quæ ſunt minus recte geſta, conniventiâ invaleſcant, iteratiſque actibus quamdam veluti legitimæ ſpectabiliſque conſuetudinis ſpeciem obtineant, non ſolum tibi curæ erit, hanc noſtram Epiſtolam in Cancellaria tua cuſtodiri, verùm etiam Edictum, interpoſitâ auctoritate noſtra propones, in certam normam eorum, quæ, excitato incendio aliquo, præſtanda ſunt, ut Deo ſupplicetur juxta Ritum S. Romanæ Eccleſiæ: Edictumque ipſum, veluti ad amuſſim, exiges ad ea, quæ a Sancto Carolo noſcuntur conſtituta, quæque fuerunt a nobis in his Noſtris Litteris fuſius expoſita. Teque, Ven. Frater Noſter, ex animo amplectentes, Apoſtolicam Benedictionem tibi peramanter impertimur.

Datum 27. Julii 1755. Pont. 15.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XXVII. Julii MDCCLV. Pontificatus noſtri Anno XV.

partito, quando ſucceda il caſo, in linea direttiva, ſi ritroverà aſtretto ad abbracciare quanto ſi ritrova ſtaſtilito da San Carlo ne' predetti Sinodi. Non hanno certamente queſti Sinodi biſogno di ſopraccarico; ma, quando il ſopraccarico ſi voleſſe ritrovare, non mancherebbe, deſumendolo da altri Sinodi, e Rituali d'altre Dioceſi, ne' quali, aderendo ai Sinodi di San Carlo, ſi vede ſtabilito, che ne' pericoli degl' incendj ſi apra il Tabernacolo, ſi laſci coperto il Venerabile, ſi recitino divotamente le preci; nè il Sagramento ſi eſtragga, e per conſeguenza con eſſo ſi dia la Benedizione ſopra gl' incendj, o le tempeſte.

Aggiunta di un altro Sinodo Italiano, ed autorità di Dottori in conferma della ſtabilita ſentenza.

§. 26. Di ſopra ſi ſono riferite le autorità de' Sinodi, e degli Autori Oltramontani; ora aggiungeremo quelle de' noſtri Italiani. Farebbe gran torto a ſe ſteſſo, chi non aveſſe cognizione del merito di Monſignor Graziani già Veſcovo di Amelia, e del ſuo celebre Sinodo tenuto l' anno 1595. *nel di cui cap.* 109. così ſi legge: *Ad arcendas pluvias, aut tempeſtates, procellaſque, quæ forte impendere videbuntur, nemo Sacerdos Pyxidem ipſam cum Sacramento efferat, ſed tantum Tabernaculum, patefacto oſtio, adaperiat, & in conſpectu Sacramenti, genibus ad terram datis, Litanias, aliaſque precationes ejus rei cauſa inſtitutas, pie ſancteque cum populo, qui aderit, aut cum Clericis, aut etiam ſolus, peragat: Divinamque benignitatem, ut mala, quæ peccata noſtra merentur, miſericordia ſua avertat, religioſe precetur.* Notorio pure è il merito, nella materia de' Sacri Riti, del Padre Bartolommeo Gavanto, che compoſe l' *Enchiridion*, o ſia *Manuale de' Veſcovi*, per ben regolare le ſacre funzioni; ed in queſto, *alla parola Euchariſtia, al num.* 14. così laſciò ſcritto: *Non adhibeatur contra grandinem, puta in valvis Eccleſiæ, benedicendo aërem.* Nè tralaſcieremo il Clericato, che benche più recente degli altri, ha avuto il ſuo gran pregio, leggendoſi *nella deciſ.* 60. *de Euchariſtia num.* 11. quanto ſiegue: *At ad benedicendum aërem contra grandinem, prohibitum eſt, Sacram Euchariſtiam exponere in valvis Eccleſiæ.*

Iterata lode dell'Eminentiſſimo Vicario, ed opportuni.

§. 27. Terminiamo la preſente lettera, non meno perchè ſiamo oppreſſi da altre faccende, ma perchè ſiamo anche tormentati dal caldo. Approviamo la ſua prudente condotta nel non aver fatto verun riſentimento contra quel buon Sacerdote, che fuori della porta della Chieſa di San Niccola in Carcere diede la Benedizione ſopra il popolo e ſopra l' incendio, ſembrandoci molto adattabile le parole di San Bernardo *nel Serm.* 40. *ſuper Cantica*, ove così laſciò ſcritto: *Etiamſi perperam actum quid deprehendas, nec ſic judices proximum; magis autem excuſa. Excuſa intentionem, ſi opus non potes: puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum.* Ma non eſſendo poi del dovere, che le coſe che non ſono ben fatte, colla connivenza prendano piede, e colla frequenza degli atti prendano una patina di legittima e venerabile oſſervanza, non ſolo avrà la bontà di far conſervare queſta Noſtra Lettera nella ſua Cancelleria, ma altresì di pubblicare, anche colla noſtra autorità, un Editto regolativo di quanto dee farſi nel caſo degl' incendj, per pregare Iddio, ſecondo i Riti della Santa Romana Chieſa; conformandoſi nell' Editto in tutto e per tutto a quanto ſi vede ſtabilito da San Carlo, ed è ſtato da Noi diffuſamente eſpoſto in queſta Noſtra Lettera. Ed abbracciandola, con pienezza di cuore le diamo l' Apoſtolica Benedizione.

Dat. 27. di Luglio 1755. del Pontificato 15.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XXVII. Julii MDCCLV. Pontificatus Noſtri Anno XV.

LII.

Quod Epiſcopis Vicariis Apoſtolicis Indiarum Orientalium injunctum fuit, ut ſi Epiſcopum Coadjutorem, vel Vicarium generalem non haberent, hunc ſibi adſciſcerent, cui ampliſſimæ tribuebantur facultates in caſu obitus Vicarii Apoſtolici, id cæteris etiam Vicariis Apoſtolicis nunc imperatur: Salva tamen electione Vicarii Capitularis, ubi vel Canonici, vel Parochi eam peragere conſueverunt; in iis vero locis, ubi vel non adſunt, vel convenire nequeunt, conſtitutus jam ab Epiſcopo Vicarius generalis, ipſe, eodem defuncto, Vicarius etiam Capitularis habeatur.

*Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis, Metropolitanis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque Apoſtolicis Vicariis.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium. Hæ litteræ relatæ fuerunt ſuperius Conſt. X. pag. 29.

QUAM ex ſublimi hac Sacroſancti Apoſtolatus ſpecula, in qua per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam plane immerentes præſidemus, pro injecta Nobis graviſſima omnium Eccleſiarum ſolicitudine, impoſitaque omnium animarum JESU CHRISTI Sanguine redemtarum procuratione, aliàs, nempe die vigeſima ſexta menſis Januarii anno MDCCLIII. inivimus apoſtolicæ providentiæ rationem pro Indiis Orientalibus; eamdem quoque, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, in iis partibus, in quibus vos conſtituti ac deputati, Apoſtolicum miniſterium veſtrum, non ſine magnis aſſiduiſque laboribus & incommodis, laudabiliter obire pergitis, haud patimur deſiderari, quemadmodum immenſa Supremi Paſtorum Principis JESU CHRISTI caritas maximopere urget, ut eo alacrius omnem operam ſtudiumque noſtrum ad hoc conferamus, quò longius a Nobis regiones illas abeſſe non ignoramus.

Provida earumdem diſpoſitio recenſetur.

§. 1. Quoniam autem non ſine graviſſima Pontificii animi noſtri moleſtia tunc acceperamus, aliquem ſcilicet ex Indiarum Orientalium Apoſtolicis Vicariis Epiſcopali titulo & charactere inſignitum, ſed ſine Coadjutore cum futura ſucceſſione, viam univerſæ carnis ingreſſum, ad repoſitam in Cœlis coronam Apoſtolicis laboribus partam evolaſſe, ac neminem, qui Ordinariam pro defuncto Vicario Apoſtolico juriſdictionem exerceret, repertum aut deputatum fuiſſe; Eapropter omnibus & ſingulis Vicariis Apoſtolicis hujuſmodi injunximus & mandavimus, ut qui neque Epiſcopum Coadjutorem cum futura ſucceſſione, neque Vicarium ex Clero ſive ſeculari, ſive regulari Generalem haberent, ſtatim atque ad unumquemque eorum aliarum noſtrarum in ſimili forma Brevis deſuper expeditarum Litterarum certa notitia perveniſſet, deputarent Vicacarium ex Clero ſive ſeculari ſive regulari, habilem tamen, atque idoneum, qui eveniente cujuſvis Apoſtolici Vicarii ſine Coadjutore cum futura ſucceſſione obitu, tamquam Apoſtolicæ hujus Sanctæ Sedis Delegatus, teneretur aſſumere & obire regimen, & gubernium Apoſtolici Vicariatus, uſque ad captam ejuſdem Apoſtolici Vicariatus hujuſmodi poſſeſſionem a novo Vicario Apoſtolico, quem eadem hæc Sancta Sedes conſtituiſſet, aut uſque ad quamcumque aliam ab ipſa Sancta Sede ineundam ordinationem. Porro Vicario Generali hujuſmodi per Apoſtolicum quemcumque Vicarium ſibi, ut præmittebatur, deputando, Nos laudatarum noſtrarum Litterarum tenore, Apoſtolica auctoritate, conceſſimus & tribuimus omnes & ſingulas facultates perpetuis futuris temporibus valituras, quæ Vicariis Capitularibus cujuſvis Cathedralis Eccleſiæ, Sede vacante, ineſſe & de jure competere dignoſcuntur. Præterea eidem Vicario Generali, poſt tamen Apoſtolici Vicarii obitum, conceſſimus & impertiti fuimus uſum & exercitum earum facultatum, quibus utebatur & gaudebat, dum viveret, defunctus Apoſtolicus Vicarius Epiſcopus; iis dumtaxat exceptis, quæ requirunt Ordinem, & Characterem Epiſcopalem, vel non ſine Sacrorum Oleorum uſu exercentur. Quandocumque vero neceſſitas urgeret, ſæpedicto Vicario Generali poteſtatem etiam indulſimus & dedimus, conſecrandi Calices, Patenas, & Altaria portatilia, cum Sacris Oleis omnino ab Epiſcopo benedictis.

Ampliaturque ad reliquas quaſcunque regiones.

§. 2. Porro, cum, ſicut pariter accepimus, eaſdem omnino occaſiones, eoſdemque prorſus caſus, in iſtis, in quibus munus vobis demandatum adimplere contenditis, regionibus accidere, atque inſimul reperiri aliquibus in locis nonnullos Apoſtolicos Vicarios haud Epiſcopali titulo, & charactere inſignitos, ſed per Apoſtolicas dumtaxat Litteras ſive ſub Plumbo, ſive in ſimili forma Brevis expeditas, pro Vicarii Apoſtolici hujuſmodi officio defungendo deſtinatos, propter quorum obitum eadem quoque momenta urgere poſſunt; Eapropter eaſdem proviſiones, & facultates, ut ſupra expreſſas, & pro Indiis Orientalibus initas, & conceſſas, ſub iiſdem modo, & forma, & non aliter, extendimus ad omnes iſtarum regionum Apoſtolicos Vicarios ſive titulo, & charactere Epiſcopali inſignitos, ſive Sacerdotali dumtaxat dignitate præditos; atque hiſce quidem Sacerdotibus, ita ut præmittitur, Apoſtolicis Vicariis, pariter injungimus & mandamus, ut unuſquiſque, memor reſolutionis ſuæ, teneatur deputare Pro-Vicarium, habilem tamen atque idoneum, qui poſt cujuſque obitum aſſumere debeat regimen Vicariatus Apoſtolici, atque in ejuſdem Vicariatus munere permanere, & cum uſu earum tantummodo facultatum, quibus utebatur, fruebatur, & gaudebat defunctus Vicarius, adlaborare debeat; donec & quouſque novus Apoſtolicus Vicarius ab Apoſtolica hac Sancta Sede deſignatus, ipſius Vicariatus poſſeſſionem & regimen adierit.

Vicarii Capitularis electio ubinam, & quomodo celebranda?

§. 3. Præterea cum compertum, exploratumque nuper fuerit, in Hibernia, Albania, Macedonia, Servia, Bulgaria, Inſulis Maris Egæi, Perſide, Meſopotamia (quemadmodum alibi fortaſſe reperiatur) reperiri aliquos Venerabiles Fratres Archiepiſcopos, & Epiſcopos locorum Ordinarios, & Reſidentiales, quorum aliquot quidem Capitulum Canonicorum habent, aliquot vero ejuſmodi Canonicorum Capitulo deſtituuntur; idcirco, tenore & auctoritate paribus, ſtatuimus, præſcribimus, & mandamus, ut, eveniente cujuslibet Antiſtitis hujuſmodi obitu, ſtatim procedatur ad electionem Vicarii Capitularis, juxta morem, uſum, & conſuetudinem hactenus ſervatam: nimirum ubi Canonicorum Capitulum fuerit, vel a Canonicis dumtaxat, ſi ita in more jam poſitum, ſervatumque fuit, vel a Canonicis unà cum aliis Eccleſiaſticis Viris, quos in caſibus hujuſmodi ſemper interveniſſe, & ſuffragium ſuum in ea electione tuliſſe conſtat. Quando autem Capitulum Canonicorum non habeatur, ii Parochi ſive ſoli, ſive cum aliis Eccleſiaſticis Viris, juxta modum itidem, uſum, & conſuetudinem de præterito ſervatam, ad Vicarii Capitularis electionem habendam accedant. Sed in hiſce electionibus Vicariorum Capitularium quorumcumque volumus, præcipimus, & mandamus, ut omnino ſerventur Conſtitutio-

tutiones Concilii Tridentini, præſertim in Seſſione vigeſimaquarta capite decimoſexto.

Et quando Vicarius Generalis, decedente Epiſcopo, ſit habendus Vicarius Capitularis.

§. 4. Inſuper volumus & mandamus, ut in iis locis, in quibus Venerabiles Fratres Antiſtites Ordinarii eorumdem locorum Reſidentiales, neque Capitulum Canonicorum, neque Parochos in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus habent, ſed dumtaxat Sacerdotes aliquot, & Miſſionarii reperiuntur, per terras, & oppida diſperſi, ita ut, cum quemlibet Antiſtitem ejuſmodi mori contingat, inſimul convenire minime valeant, tunc Vicarius Generalis jam a defuncto Antiſtite conſtitutus, ipſo facto intelligatur, ſit, & habeatur Vicarius Capitularis, cum ſupra expreſſis facultatibus ad Vicarios Capitulares de jure ſpectantibus, exerceatque munus Vicarii Capitularis hujuſmodi, donec, & quouſque novus Antiſtes ab eadem Apoſtolica hac Sancta Sede deſignatus illuc advenerit, ac regimen ſuſceperit. Verum probe intelligentes, haud facile in iiſdem locis reperiri Eccleſiaſticos Viros, qui ſive Doctores, ſive Licentiati in Jure Canonico in aliqua Studiorum Univerſitate fuerint, quemadmodum pro Vicariatus cujuſlibet ſive Capitularis, ſive Generalis munere obeundo requiritur; Nos earumdem partium calamitates commiſerantes, tenore & auctoritate paribus, quemcumque in Vicarium Capitularem; ut præmittitur, in caſibus antedictis eligendum, dummodo ad gubernium, & regimen habilis, & idoneus fuerit, nunc pro tunc talem eſſe, & haberi volumus, & declaramus, perinde ac ſi Doctor, ſive Licentiatus in Jure Canonico fuerit.

Confirmantur ſuperius ſtatuta.

§. 5. Decernentes eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ſemper firma, valida & efficacia exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, & illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, & quoſvis alios quacumque præeminentia & poteſtate fungentes, & functuros, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis.

§. 6. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & quibuſcumque aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cæterum vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, iiſdem quoque, quibus Indiarum Orientalium Apoſtolicos Vicarios proſequuti fuimus, Apoſtolicis verbis, & adhortationibus proſequimur. Itaque ex Apoſtolicæ providentiæ, auctoritatiſque noſtræ ratione, maxime ad procurandam ſalutem animarum conſentanea, a Nobis ſuſcepta, atque unicuique veſtrûm præcepta animadvertite, quanta ſit Apoſtolici muneris unicuique veſtrûm injuncta cura, atque eapropter ſatagite, ut per aſſiduos labores, vigilantiam paſtoralem, ſollicitudinemque contendatis, ne quiſpiam Chriſti fidelium vobis commiſſorum, & de quibus ratio ſupremo Paſtorum Principi æterno Judici reddenda eſt, pereat; ſed potius ut omnes æternam ſalutem conſequantur, & vobis merces veſtris meritis debita a juſto remuneratore Deo tribuatur. Nos interim cæleſtis præſidii auſpicem Apoſtolicam Benedictionem in populos etiam veſtrarum Diœceſum, vel Provinciarum redundaturam Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, peramanter impertimur.

Hortatio ad quoſcumque Miſſionarios.

Exemplorum fides.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præſentium Litterarum tranſumtis, ſeu exemplis etiam impreſſis, & a Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpoſitorum Præfecto, & Secretario pro tempore exiſtentibus ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Congregationis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. 8. Auguſti 1755. Pont. XV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die VIII. Auguſti MDCCLV. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquinto.

*Cajetanus Amatus.*

---

LIII.

Pontificium Decretum ſuper nullitate Matrimonii Violantis Joſephæ Henriquez de Almada, & Ludovici Franciſci de Aſſis Sanches de Baena editum, Apoſtolica auctoritate per Litteras in forma Brevis expeditas roboratur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

Pro Matrimonii validitate primum fuit a Congregatione Concilii pronunciatum.

ETSI Matrimonialis Cauſa jamdudum inter dilectam in Chriſto filiam Violantem Joſepham Henriquez de Almada puellam Nobilem Liſbonenſem, ac dilectum filium Ludovicum Franciſcum de Aſſis Sanches de Baena Ordinis Jeſu Chriſti Commendatarium, ſuper validitate, vel nullitate Matrimonii invicem, ut aſſerebatur, contracti vertens, non ſemel, ſed iterum atque iterum in Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum propoſita, ac ſecundum allata, & probata rationum momenta, pro validitate fuerat reſoluta, atque per Apoſtolicas Noſtras in ſimili forma Brevis literas confirmata; tamen in eadem Congregatione Cardinalium die 13. currentis menſis Septembris, & anni 1755. maturiori examine, ob nova adducta documenta iterum expenſa, & diſcuſſa, ita deciſa fuit, quod nimirum Matrimonium hujuſmodi irritum, ac nullum eſſet, ac foret, atque adeo diſſolvendum: ea præſertim ratione, quod ſuper impedimento duplicis quarti gradus conſanguinitatis inter unam, & alterum intercedente, haud ſatis, atque idonee derogatum fuiſſet in Diſpenſatione impertita per Apoſtolicas in forma Brevis literas die 12. menſis Septembris anno 1750. datas.

Sed deinde pro Matrimonii nullitate capta reſolutio.

Non hinc tamen integrũ erat partibus ad ſecunda vota tranſire, obſtante Conſtitutione Põtificis, quã cavetur in hujuſmodi cauſis captam reſolutionẽ per aliam uniformẽ confirmandam eſſe.

§. 2. Quoniam autem hujuſmodi reſolutio a memorata Congregatione Cardinalium ſuper nullitate dicti Matrimonii prolata, haud ſatis, & ſufficiens eſt, ut Contrahentes omnimoda libertate gaudeant, tranſeundi ſcilicet, ut dicitur, ad ſecunda vota; cum juxta Conſtitutionem Noſtram, tamquam regulam, & normam in Cauſis Matrimonialibus rite ſancteque expediendis decidendiſque præſcriptam, atque aliàs editam, & propoſitam, reſolutio antedicta per aliam uniformem reſolutionem confirmari, atque iterum in laudata Congregatione Cardinalium neceſſario ſæpedicta Cauſa reproponi debeat;

Ex peculiaribus tamen cauſis Decretum edidit Pontifex, quo confirmata fuit reſolutio Congregationis pro nullitate Matrimonii, & permiſſum partibus ad ſecunda vota tranſire.

Hinc eſt, quod Nos ſeriò conſiderantes non minus nova Partium diſpendia, quàm temporis jacturam in hac Matrimoniali Cauſa, a tot annis agitata, ſatis, ſuperque inopportunam, ac pernicioſam, de conſilio etiam ejuſdem Congregationis, poſtquam libellos, ſcripturaſque pro utraque parte allatas, necnon Acta omnia hoc in graviſſimo negotio confecta accurate expendimus, & examinavimus, tandem die 27. currentis menſis Septembris decretum hac ſuper re edidimus, per quod ſententiæ laudatæ Congregationis Concilii conſentientes, declaravimus, ac ſtatuimus, Matrimonium antedictum inter Violantem Joſepham, & Ludovicum Franciſcum Nobiles Lisbonenſes contractum, eſſe, ac fore irritum, & nullum, necnon unam, & alterum in ea quidem omnimoda libertate eſſe, ac fore, ad alia vota, quoties vero aliud non obſtet canonicum impedimentum, libere, & licite tranſeundi: Quod ſane decretum dilecto Filio Magiſtro Joſepho Alexandro Furietto ejuſdem Congregationis Concilii Secretario tradendum mandavimus, ut inter Acta ſæpedictæ Congregationis reponatur, ac ſervetur.

Apoſtolica auctoritate per has litteras præfatum Decretum roboratur.

§. 3. Antedictum itaque Decretum noſtrum, quò firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolica etiam auctoritate tenore præſentium confirmamus, illudque inviolabili Apoſtolicæ firmitatis robore communimus. Decernentes, Decretum præfatum, & præſentes noſtras Literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, dictiſque Violanti Joſephæ, & Ludovico Franciſco in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari debere; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, necnon Apoſtolicæ Sedis Nuntios, & quoſvis alios quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Earumdem firmitati conſulitur, ſublata aliter judicandi poteſtate.

Derogatio contrariis.

§. 4. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & quibuſcumque aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Exemplorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 30. Septembris 1755. Pontificatus noſtri Anno Decimoſexto.

Loco † Annuli Piſcatoris.

*Cajetanus Amatus.*

### *Pontificii Decreti tenor.*

Orta controverſia ſuper validitate Matrimonii: tum quia non fuit initum coram proprio Parocho, tum quia a Muliere fuit re integra revocatum mādatum ad contrahendū.

CUM ſuper Matrimonio, prævia diſpenſatione ſuper impedimento quarti gradus conſanguinitatis a fel. rec. Clemente PP. XII. conceſſa, in Civitate Zamorenſi contracto inter Violantem Joſepham Enriquez de Almada, & Aloyſium Franciſcum Aſſis Sanchez de Baena, & numquam carnali copula conſummato, contentio exorta fuerit, tum quia Violantes aſſerebat, illud non fuiſſe contractum coram proprio contrahentium Parocho, tum quia comprobare nitebatur, a ſe re integra fuiſſe revocatum Mandatum, quod Procuratori dederat, ut matrimonium contraheret; controverſiæ definitio a Nobis commiſſa fuit Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum: & cum ipſi poſt nonnulla reſponſa, aperiendæ veritati maximopere conducentia, binas tandem ediderint reſolutiones Matrimonii validitati faventes, petente prædicto Aloyſio Franciſco, juxta morem ſuerunt eædem confirmatæ per noſtras Literas Apoſtolicas in forma Brevis expeditas *die 8. Julii* 1750. Judicium favorabile validitati Matrimonii bis latum, &, uti ſupradictum eſt, a Nobis confirmatum, completum, & terminatum dici poterat, ad tramites Conſtitutionis a Nobis editæ ſuper ordine, & forma cauſarum Matrimonialium, quæ incipit: *Dei Miſeratione*, & quæ eſt *trigeſimatertia in noſtro Bullario Tom. I.*

A Congregatione Concilii validum judicatum, & Apoſtolicis litteris hujuſmodi judiciū approbatum.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 48.

Inſtaurata controverſia ex alio capite nullitatis, nimirum quod impetrata a Clemēte XII. diſpenſatio gradus non comprehenderet quibus invicem contrahentes erant conjuncti.

§. 2. Sed aliter res ſe habuit, inſtaurata videlicet controverſia contra validitatem Matrimonii, non ex quo contractum fuiſſet coram Parocho illegitimo, aut poſt revocatum Procuræ Mandatum, ſed ex alio diſparato capite, uti mox exponetur. Violantes, & Aloyſius Franciſcus non erant conjuncti tantum tertio, & quarto conſanguinitatis gradibus, ſed erant conjuncti duplicibus tertio, & quarta gradibus a duplici latere provenientibus: diſpenſatio autem conceſſa a Noſtro Prædeceſſore Clemente PP. XII. quartum tantummodo, & ad ſummum tertium gradum comprehendebat, nec ſe extendebat ad duplicem tertium, & quartum gradum. Cumque, inſtante Aloyſio Franciſco, fuerint a Nobis expeditæ Literæ Apoſtolicæ in forma Brevis *die 12. Septembris* 1750., quarum ope duplicitatis gradus impedimentum ſublatum dici poterat, ſed ſanatoriæ gratiæ conceſſio eo ſub obtentu facta ſit, quod Violantes tunc eſſet ignara novi impedimenti duplicitatis gradus, inter ipſam, & Aloyſium intercedentis, & Violantes provinciam aſſumpſerit comprobandi, quod tempore conceſſionis gratiæ, & expeditionis Brevis ſanatorii, ipſa erat conſcia novi impedimenti, juſque ſuum perfecte cognoverat; ex his inſtaurata eſt controverſia contra validitatem Matrimonii, non ex quo contractum fuiſſet coram Parocho non proprio contrahentium, vel ex quo initum fuiſſet poſt revocatum procuræ mandatum, uti ſupra dictum eſt; ſed ex alio diſparato capite, ſeu fundamento, quod videlicet contractum fuiſſet, vigente impedimento dirimente, per Apoſtolicas Literas nullatenus ſublato.

Delata iterū quæſtio ad Congregationem Concilii, ea tamen lege, ut de nova ſolummodo controverſia cognoſceret.

§. 3. Delata ad Nos novæ prætenſionis notitia, ejus definitio eidem memoratæ Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum fuit a Nobis commiſſa, ea tamen adjecta conditione, ut de validitate, aut nullitate Matrimonii cognoſcerent, habita tantum ratione ſufficientiæ, aut inſufficientiæ derogationis obtentæ ſuper impedimento gradus, nec ulla habita conſideratione aliarum rationum, ob quas præcedenter, & in præteritis cauſæ propoſitionibus, promota fuerat inſtantia pro nullitate Matrimonii. Ad tramites impoſitæ legis examen aſſumptum eſt, adhibitiſque opportunis diligentiis, communibus tandem ſuffragiis edita eſt reſolutio contra validitatem, & pro nullitate Matrimonii; Defenſore Matrimonii ad tramites Noſtræ Conſtitutionis conſtituto, ſuo munere, de more, egregie tum voce, tum ſcriptis functo; exhibito tantum in poſtrema Cauſæ propoſitione ab Aloyſio Franciſco ſupplici libello, in quo ſe, & jura ſui Matrimonii judicio Congregationis ſubmittere profeſſus eſt.

Pro nullitate Matrimonii prodiit reſponſum.

Altera ſuperaſcedere debuiſſet reſolutio præcedenti conformis, juxta legem a Pontifice traditā in ſua Conſtitutione.

§. 4. Unica reſolutio favens nullitati Matrimonii, juxta memoratam Noſtram Conſtitutionem, non ſufficit, ut judicium abſolutum dici poſſit, cum altera reſolutio præcedenti conformis accedere debeat. Pro totius ergo negotii finali abſolutione, neceſſarium fuiſſet, ut Cauſa iterum in Congregatione proponeretur, & alia ederetur reſolutio præcedenti conformis: ſed, cum id fieri nullatenus poſſet abſque novis expenſis, & longioris temporis mora, maximopere inopportuna in cauſa Matrimoniali a longo tempore introducta; non obſtante gravi ætate, in qua ſumus conſtituti, neque pariter obſtantibus moleſtis negotiis, quibus quotidie vexamur, & opprimimur, inhærentes etiam inſinuationi prædictorum Cardinalium, qui in Congregatione uniformibus ſuffragiis cenſuerant Matrimonium fuiſſe nullum, quique expediens futurum eſſe dixerunt, ut poſthabita nova propoſitione in Congregatione, Nos ipſi rem totam perpenderemus; laborem aſſumpſimus ſcripturas Congregationi exhibitas perlegendi, & omnia, & ſingula, quæ a ſcribentibus fuerant deducta, ponderandi, ut, quatenus judicium Noſtrum conforme fuiſſet reſolutioni Congregationis, ſuperabundanter dici poſſent adimpleta, quæ a Nobis in Conſtitutione Noſtra ſtatuta ſunt, & quatenus difforme fuiſſet, nulla amplius ſupereſſet de validitate Matrimonii dubitatio.

Ex peculiaribus tamen circumſtantiis controverſiæ cognitionem ipſe Pontifex aſſumpſit.

Tria quæſtionis capita exponuntur. Primum, an fuerit neceſſaria nova diſpenſatio ſuper impedimento duplicitatis gradus, cum quæ a Clemente XII. conceſſa fuit, impedimentum ſuſtulerit tertii ſolummodo & quarti gradus? Secundum, an nova diſpenſatio data fuerit, ex quo mulier ignoraverit impedimentū duplicitatis gradus. Tertium, an revera illud mulier, tempore expeditionis novi Brevis, ignoraverit.

§. 5. Tria ſunt, de quibus actum eſt in Cauſæ diſcuſſione. Primum eſt, an pro validitate Matrimonii neceſſaria fuerit diſpenſatio a Nobis conceſſa, permittens, ut non obſtante impedimento duplicis gradus, Matrimonium contrahi poſſet, vel potiùs ſufficiens fuiſſet præcedens diſpenſatio a Noſtro Prædeceſſore conceſſa, quæ impedimentum ſuſtulit tertii, & quarti gradus. Secundum, an diſpenſatio a Nobis conceſſa, eo ſub præſuppoſito facta ſit, quod tempore conceſſionis Violantes ignoraret impedimentum duplicitatis gradus. Tertium, an tempore expeditionis novi Brevis, Violantes ignoraret, ſeu potius conſcia eſſet impedimenti duplicitatis gradus. Ex horum quippe dubiorum reſolutione, prout uno, vel altero modo fieri contingat, judicium pendet validitatis, aut invaliditatis Matrimonii contracti.

De primo capite agitur. Communior eſt Doctorū Sententia, ut impedimentum ex duplicitate gradus derivans ad obtinendam diſpenſationē exponatur.

§. 6. Ducto autem initio a primi examine puncti, cum in Tribunalibus, & communiori calculo a ſcribentibus ea opinio recepta ſit, quæ pro validitate diſpenſationis, & conſequenter Matrimonii, quod dependenter ab ea contrahitur, requirit, ut conjunctio proveniens ex duplicitate gradus exponatur, & quod eidem derogetur, ſeu quod, ea minimè obſtante, permittatur, ut conjuncti duplici conſanguinitatis gradu Matrimonium inter ſe contrahere poſſint; ſuo marte ſequitur, pro validitate Matrimonii fuiſſe neceſſariam novi Brevis expeditionem, per quam impedimentum duplicis conſanguinitatis gradus de medio tolleretur, nec ſufficere potuiſſe primum Breve derogans impedimento quarti, ſeu tertii, & quarti gradus. Hoc quippe Breve ſufficiens fuiſſet, ſi Violantes, & Aloyſius Franciſcus fuiſſent conjuncti ſimplici tertio, & quarto gradu, juxtà Conſtitutionem ſanctæ memoriæ Pii Quinti *la XIII. Bullarii Tom. II.* *, ubi, excepto caſu, quod vir, & mulier primum conſanguinitatis, ſeu affinitatis gradum attingerent, in quo proteſtatus eſt, ſe nolle diſpenſare, quoad reliquos gradus decrevit, pro validitate diſpenſationis ſatis eſſe expreſſionem remotioris gradus, obtentis poſtea ſuper propinquiore litteris declaratoriis. Juxtà quoque communem Doctorum ſententiam in Tribunalibus receptam, illicitum tantum eſt, ſed non invalidum Matrimonium, quod contrahitur ope diſpenſationis obtentæ ſuper quarto gradu, nullâ tertii gradus factâ mentione, & antequam litteræ declaratoriæ præſcriptæ a S. Pio V. fuerint obtentæ: prout, dum in minoribus Secretarii Concilii munere fungeremur, fusè a Nobis comprobatum eſt, & a Congregatione admiſſum in diſcuſſione Cauſæ *Lucerien. Nullitatis Matrimonii*, quæ fuit propoſita, & reſoluta *die* 18. *Martii* 1722., uti videri poteſt *Tom.* 2. *Theſauri Reſolutionum* prædictæ Congregationis, ubi noſter diſcurſus unà cum Reſolutione typis editus eſt. Sed, cum prædicta omnia ſibi vindicent locum in ſimplici impedimento tertii, & quarti gradus, & non in impedimento duplicis conſanguinitatis gradus; nemo eſt, qui non videat, pro validitate Matrimonii, de quo nunc agitur, nullatenus fuiſſe ſufficientem Diſpenſationem a Noſtro Prædeceſſore conceſſam, quæ tertii, & quarti gradus impedimentum ſuſtulit, ſed aliam pro dictâ validitate fuiſſe neceſſariam, cujus ope duplex ex duplicitate gradus impedimentum derivans de medio tolleretur.

* In hac Editione Tom. II. pag. 206.

Conſtitutio S. Pii V. loquitur in caſu conjunctionis tertii & quarti gradus, pro validitate diſpēſationis decernens, ut remotior gradus exprimatur, ſuper propinquiore vero expediantur litteræ declaratoriæ.

Paſſim Doctores validum judicāt, quamvis illicitum, Matrimonium initum ope diſpenſationis ſuper quarto gradu, reticito tertio, neque expeditis litteris declaratoriis.

Nunc vero res eſt, non de tertio & quarto, ſed de duplici conſanguinitatis gradu.

Itaque definitur novā diſpenſationē fuiſſe neceſſariam.

Secundum controverſiæ caput examinatur.

§. 7. Admiſſâ neceſſitate expeditionis novi Brevis, & admiſſâ primi inſufficientiâ pro validitate Matrimonii, ſequitur, ut videatur, an ſecundi Brevis facta fuerit conceſſio eo ſub præſuppoſito, quod tunc Violantes ignoraret impedimentum duplicitatis gradus. At, ſi Aloyſius Franciſcus exorans pro conceſſione novi Brevis, ut remanere poſſet in Matrimonio, non obſtante impedimento duplicitatis gradus, expoſuit, ſe timere, ne ſcandala orirentur, ſi hujus novi impedimenti notitia ad Violantem deveniret; ſi cohærenter ad hæc facta fuit conceſſio Brevis, excluſâ neceſſitate novi conſenſus a Violante præſtandi, vel quod ipſa de novo impedimento certior fieret, ut ex lecturâ Brevis plane dignoſcitur; ex his evidenter deſumitur, novæ gratiæ conceſſionem emanaſſe eo ſub præſuppoſito, quod Violantes tempore conceſſionis ignoraret impedimentum deſcendens ex duplicitate gradus: & eò fortiùs, cum in eodem Brevi legatur, gratiam debere in ſuo robore permanere, ſi poſt ejus conceſſionem notitia impedimenti ad Violantem deveniſſet, quæ circumſtantia evidenter evincit, comprobatque, gratiam fuiſſe eo ſub præſuppoſito conceſſam. Porrò gratia conceſſa importat diſpenſationem in radice Matrimonii, quæ a Romanis Pontificibus concedi conſuevit, urgente magnâ causâ, & quando agitur de impedimento Matrimonii, ortum habente, non a Jure Divino, aut naturali, ſed a Jure Eccleſiaſtico, & per eam non fit, ut Matrimonium nulliter contractum, non ita fuerit contractum, ſed effectus de medio tolluntur, qui ob hujuſmodi Matrimonii nullitatem, ante indultam diſpenſationem, atque etiam in ipſo Matrimonii contrahendi actu, producti fuerunt: de quibus omnibus a Nobis fuse actum eſt, dum in minoribus Secretarii Congregationis Concilii munere fungeremur in Cauſa *Pragen. Matrimonii*, quæ fuit propoſita, *die* 13. *Junii* 1720., 16. *Januarii* 1723., 28. *Auguſti ejuſdem anni*, & tandem reſoluta die 18. *ſequentis Septembris*, uti videri poteſt *tom.* 1. *&* 2. *Theſauri Reſolutionum* dictæ Congregationis, ubi typis edita inveniuntur ea omnia, quæ tunc a Nobis deducta fuerunt. Cumque ſolius Romani Pontificis ſit, non ſolùm diſpenſationes in radice Matrimonii indulgere, ſed etiam conditiones ſtatuere pro validitate gratiæ adimplendas; in ea, de qua nunc agitur, ea quodammodo ſtatuta dici poteſt conditio, quod, tempore conceſſionis, Violantes novum impedimentum ignoraret, ne ipſâ contradicente, & obnitente, prout contigiſſet, ſi impedimentum ſciviſſet, conceſſa diſpenſatio diceretur: in hoc quippe rerum themate factum eſt, atque conceſſum, quidquid fieri, aut concedi poterat, ut Matrimonium, cujus validitas fuerat approbata, perſiſteret; nec mulieri ſublata eſt facultas impugnandi ex novo capite validitatem, ſi novi impedimenti notitiam, tempore conceſ-

Ex ipſo Brevi patet novā diſpenſationem ideo fuiſſe conceſſam, quia putatum, mulierem ignoraſſe impedimentum.

Gratia ex ſecundo Brevi conceſſa diſpenſationem importat in radice Matrimonii, cujus ope nulliter contracti Matrimonii effectus de medio tolluntur.

Solius Romani Pontificis eſt eam cōcedere, & conditiones quaſcumque præſcribere.

In caſu, de quo agitur, ſtatuta conditio dici poteſt, quod mulierem tē. pore conceſſionis novū impedimentum lateret.

conceſſionis gratiæ, novæque diſpenſationis, habuiſſet, nullâ habitâ conſideratione notitiæ ſupervenientis poſt conceſſionem Brevis; ea quippe ſuperveniens ſupervenirет poſt ſublatum ope novæ diſpenſationis duplicitatis gradus impedimentum.

Tertium caput expenditur: & probatur, mulierem ſciviſſe novum impedimentum tempore conceſſionis gratiæ.

§. 8. Poſt hæc nihil aliud remanet, quàm, ut videatur, an tempore conceſſonis gratiæ Violantes haberet notitiam novi impedimenti: Cumque ex documentis, & teſtibus quacumque exceptione majoribus demonſtratum ſit, quod Violantes impedimenti notitiam, ante conceſſionem, & tempore conceſſionis gratiæ, habuerat, & habebat, & omnia parabat neceſſaria pro inſtauranda controverſia ſuper nullitate Matrimonii in vim novi impedimenti, cui in primo Brevi non fuerat derogatum; nedum approbamus Congregationis Concilii judicium ultimo loco prolatum pro nullitate Matrimonii, ſed hoc noſtro Decreto inter acta Congregationis Concilii aſſervando, & per Literas Apoſtolicas in forma Brevis etiam corroborando, dicimus, & pronunciamus, Matrimonium contractum inter Violantem Joſepham Enriquez de Almada, & Aloyſium Franciſcum Sanchez de Baena, nullitatis vitio laborare, & quatenus aliud Canonicum non obſtet impedimentum, poſſe utrumque ad alia vota tranſire.

Judicium itaque Congregationis pro nullitate Matrimonii approbatur, & tranſitus ad ſecunda vota permittitur.

Datum apud S. Mariam Majorem die 27. Septembris 1755.

Datum 27. Septembris 1755.

BENEDICTUS PP. XIV.

---

LIV.

Quæ, & qualis conveniat exemptio ab Archiepiſcopi Neapolitani juriſdictione, Hoſpitali S. Angeli a Nido nuncupat., ejuſdemque Eccleſiæ, & perſonis, decernitur & declaratur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS,

### Servus Servorum Dei,

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Procœmium. Pontificis ſtudium in componendis inter Perſonas Eccleſiaſticas controverſiis.

Præclarum ſemper fuit, ac laudabile, opportuno conſilio adverſus ea occurrere, quæ Divinum cultum imminuere, bonumque publicum perturbare videntur, eas præſertim controverſias Apoſtolica auctoritate dirimendo, quæ animorum diſſenſionem in rebus Eccleſiaſticis foventes, mutuam caritatem labefactant, & quaſi fontes ſunt aliorum innumerabilium malorum. Quamobrem ſæpe Nos Prædeceſſorum Noſtrorum exemplis inhærentes, quamquam graviſſimis aliis curis, quæ ab Apoſtolico miniſterio disjungi nequeunt, aſſidue implicati ſumus, haud tamen prætermiſimus cauſas diſſenſionum hujuſmodi ad Nos avocare, illas diligenter examinare, noſtriſque oculis perſcrutari, ac cognoſcere. Quos quidem conatus, laboreſque Noſtros, qui veræ ſolidæque pacis auctor eſt Deus, pro ſua in Nos immenſa benignitate approbare & benedicere dignatus eſt; nam inter illas, vel Eccleſias, vel perſonas, ad quas Decreta Noſtra direximus, inſperatam ante concordiam, non ſine magno Noſtro, ipſarumque partium gaudio, vidimus pleniſſime reſtitutam.

Vetuſtiſſimæ controverſiæ inter Archiepiſcopos Neapolitanos, & Deputatos Sedilis a Nido.

§. 2. Porrò ejuſmodi conditionis ac naturæ, cum adhuc in minoribus verſaremur, eam controverſiam exiſtimavimus, quæ ſæpius excitata eſt inter Deputatos Sedilis, quod a Nido appellant, & Archiepiſcopos pro tempore Eccleſiæ Neapolitanæ; eo quod in varios diverſoſque ſenſus diſtraherentur tum Litteræ quædam Apoſtolicæ felicis recordationis Prædeceſſoris Noſtri Martini Papæ V. die 24. Aprilis anno 1426., ſeu veriori tempore, datæ & bonæ memoriæ Raynaldum S. R. E. Cardinalem Brancaccium nuncupatum, quum hic Hoſpitale S. Angeli a Nido in Civitate Neapolis tunc temporis pene dirutum a fundamentis reſtituere, novaque dote, ex bonis ſibi a Deo collatis, ditare propoſuiſſet: tum nonnulla pro ipſius Hoſpitalis adminiſtratione non ita multo poſt ab eodem Cardinali Apoſtolica auctoritate ſtatuta die 11. Martii 1427. tum demum aliud Apoſtolicum Breve ſimilis recordationis Prædeceſſoris pariter Noſtri Pauli Papæ III. expeditum ex officio Cardinalis Pœnitentiarii. Itaque quum diſſenſiones iſtæ nec longi temporis diuturnitate molliri, nec decretis ſeu reſolutionibus Ven. Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum extingui potuerint; quin potius noviſſimis temporibus magis magiſque viſæ fuerint recrudeſcere, eo quod reperta dicebantur vetuſta quædam documenta, quæ vel incognita prius erant, vel non ſatis probata; propterea, quum primum Dilectum Filium Noſtrum Antoninum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Serſalium nuncupatum, modernum ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica Neapolitanæ Archiepiſcopalis Eccleſiæ Præſulem, & coram, & per litteras, proclivem propenſumque deprehendimus ad ea probanda, atque amplectenda, quæ a Nobis in gravi hoc negocio decernerentur, & ex corde cupere, ut finis aliquando tot litibus imponeretur, quas Archiepiſcopi Prædeceſſores non alio ſuſtinuerant animo, niſi ut ipſis vitio verti non poſſet, quod jura Eccleſiæ ſuæ indefenſa reliquiſſent: hæc omnia ſtatim Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Carolo utriuſque Siciliæ Regi Illuſtri denunciavimus, qui non modo propoſitum Noſtrum commendavit, ſed etiam pietate, qua præditus eſt, maxima, ſtudioque Religionis incenſus, magnopere Nos impulit, ut illud quamprimum executioni mandaremus.

Unde primum exortæ.

Fruſtra ad eaſdem eradicandas hactenus adlaboratum.

§. 3. Quare Cauſam & litem, quæ inter Cardinalem Archiepiſcopum ex una parte, & ab alia inter Sacriſtam ſeu Rectorem Hoſpitalis & Eccleſiæ SS. Angeli & Andreæ a Nido, ac illius Gubernatores in Urbe Neapolis (cujus quidem litis verum ſtatum hic pro expreſſo haberi volumus) cum omnibus & ſingulis incidentibus, & emergentibus, annexis, & connexis, rebuſque aliis tam deductis, quàm non deductis, a quocumque Judice, Tribunali, & Congregatione, & præſertim a prælaudata Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad Nos ipſos avocantes, eamque omnino ſupprimentes, & extinguentes; motu proprio, ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtra, ac de plenitudine Apoſtolicæ Auctoritatis declaramus atque decernimus, virtute dictarum litterarum in limine fundationis, ſeu reædificationis conceſſarum a Martino V. Prædeceſſore Noſtro, ad ſupplicationem dicti Raynaldi Cardinalis Brancacci, nec non aliarum Pauli III. ſimiliter Prædeceſſoris, dictorumque Statutorum, ſive Ordinationum ejuſdem Cardinalis Brancacci;

Has omnes ad ſe avocat, ſupprimitque Pontifex.

Per opportunas Litterarũ Apoſtolicarũ & Statutorum Hoſpitaliſhic ſubjectas declarationes.

§. 4. In primis Hoſpitale S. Angeli a Nido, ejuſque Eccleſiam exteriorem, nec non Oratorium, ſeu Cappellam interiorem, bona, redditus, jura, & pertinentias cujuſvis generis univerſas, fuiſſe, & eſſe pleno jure exempta a quocumque dominio, viſitatione, poteſtate, & juriſdictione tam Ordinaria, quàm delegata Archiepiſcopi pro tempore Civitatis Neapolis, nobiſque, & S. Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta.

Exemptio Hoſpitalis, ejuſdemque Eccleſiæ, Oratorii, bonorum &c. ab Ordinaria & Delegata Archiepiſcopi juriſdictione.

§. 5. Rurſus & ſecundo loco: Ad Univerſitatem Nobilium memorati Sedilis a Nido ſpectare

Duumvirorum Electio, eorumque in adminiſtrandis redditibus auctoritas.

&

& pertinere jus eligendi quolibet anno duos ex eorum gremio Nobiles Viros, quorum unus ſit ſemper de Domo de Brancaccis; hiſque duobus, ut præfertur, electis, competere jus, & poteſtatem omnes fructus, redditus, & proventus, obventiones, & legata ad dictum Hoſpitale, Eccleſiam, & Cappellam quovis modo pertinentia, & quæ pertinebunt inpoſterum exigendi, petendi, recipiendi, & de receptis quietandi, necnon recepta pro commodo, & utilitate dictorum Hoſpitalis, Eccleſiæ, & Cappellæ, ac Miniſtrorum illis inſervientium expendendi, & diſpenſandi, prout ipſis videbitur expedire, & neceſſe erit, in quocumque judicio agendi, experiendi, reſpondendi, & proſequendi.

Eorum eſt eligere Sacriſtam, ſeu Rectorem Hoſpitalis.

§. 6. Prædictos duos Nobiles, ut ſupra electos, & in poſterum eligendos habere inſuper jus & poteſtatem deputandi atque eligendi in Sacriſtam, ſeu Rectorem Hoſpitalis, & Eccleſiæ, unum Clericum, ſeu Presbyterum ad nutum, & voluntatem ipſorum quandocumque amovibilem, qui tamen tempore ipſo deputationis hujuſmodi, ſit, ac reperiatur ab Ordinario ſuo rite, & canonice ordinatus, conſuetiſque litteris teſtimonialibus ſuper vita, & honeſtate, ab ipſo ſuo Ordinario debite ac de recenti munitus.

Necnon viginti quatuor tantum Clericos, ſeu Presbyteros eidem inſervientes.

§. 7. Item dictos duos Nobiles habere jus, & poteſtatem eligendi, ultra memoratum Sacriſtam, ſeu Rectorem, alios viginti quatuor, ſed non ultra, Clericos, vel etiam Presbyteros, pro ſervitio ipſius Hoſpitalis, ejuſque Eccleſiæ, & Oratorii, nec non pro cura, & cuſtodia Bibliothecæ, ad ipſorum nutum & voluntatem quandocumque ſimiliter amovibiles: dummodo tamen ſint, & unuſquiſque eorum ſit ab Ordinario ſuo, & ſupra rite, & canonice ordinatus, ejuſque litteris teſtimonialibus de recenti munitus, & quatenus eligantur Presbyteri, dummodo iſti, & unuſquiſque eorum habeant a Curia Archiepiſcopali licentiam, quæ nondum expiraverit, celebrandi in Civitate, & Diœceſi.

Itidéque & decimo ſexto Miniſtros Laicos, omnes ad nutum amovibiles.

§. 8. Habere etiam dictos duos Nobiles jus, & poteſtatem eligendi ad eorum nutum, & voluntatem quandocumque amovibiles, & cum aſſignatione congrui Salarii ſexdecim, & non ultra, Miniſtros Laicos, pro ſervitio Infirmorum, curaque & cuſtodia Hoſpitalis, Eccleſiæ, & Bibliothecæ, prout ipſi duo Nobiles, & Sacriſta, ſeu Rector ordinaverint.

Duumvirorum exemptio a quacumque jurisdictione Archiepiſcoporum quoad geſtam adminiſtrationē.

§. 9. Præterea dictos duos Nobiles eſſe, & intelligendos eſſe, quoad adminiſtrationem ipſis incumbentem, liberos totaliter & exemptos a quacumque viſitatione, correctione, & juriſdictione tam Ordinaria, quàm delegata Archiepiſcopi; ita ut ipſi Archiepiſcopo neque de bonis, & redditibus Hoſpitalis per eos adminiſtratis, neque de legatis Hoſpitali relictis, aut in poſterum relinquendis, etiam cum onere Miſſarum, rationem ullam reddere vel exhibere teneantur; ſed ſolum finito anno, teneantur de receptis, & expoſitis, ac geſtis, & adminiſtratis, rationem & computum ſuis ſucceſſoribus reddere, ac eis, quod ſupereſt, aſſignare; & ſi aliquid mali geſſerint, aut adminiſtraverint, vel aliqua inter eos diſcordia orta fuerit, declaramus atque decernimus, ſpectare ad Univerſitatem Nobilium dicti Sedilis, vel ad quinque Nobiles per illam deputandos jus & poteſtatem eos coercendi, & compellendi ad debitam ſatisfactionem abſque ulla ingerentia Archiepiſcopi, ſalva dumtaxat, ut infra, auctoritate Sedis Apoſtolicæ.

Similis exemptio Sacriſtæ ſeu Rectoris actu inſervientis.

§. 10. Item declaramus, atque decernimus Sacriſtam, ſeu Rectorem Hoſpitalis a duobus Nobilibus, ut ſupra, electum, toto tempore, quo in hujuſmodi Officio permanſerit, eſſe, atque intelligendum eſſe totaliter exemptum a quacumque viſitatione, & juriſdictione tam Ordinaria, quàm Delegata Archiepiſcopi, Nobiſque, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectum.

Itidemque & 24. Clericorum, ſeu Sacerdotum, aliorumque 16. Miniſtrorum.

§. 11. Item eſſe ſimiliter exemptos a quacumque viſitatione, & juriſdictione tam Ordinaria, quàm Delegata Archiepiſcopi, prædictos vigintiquatuor Clericos, ſeu etiam Presbyteros, nec non dictos alios ſexdecim Miniſtros Laicos, qui memoratis duobus Nobilibus, ut ſupra, electi fuerint pro ſervitio Eccleſiæ, Hoſpitalis, & Bibliothecæ pro toto tempore, quo unuſquiſque ipſorum in Officio ſibi aſſignato permanſerit; ita quod Archiepiſcopus ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua agitur, ubicumque committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipſa conſiſtat, nullam poſſit in eorum perſonas, & bona juriſdictionem, poteſtatem, viſitationem, ſeu dominium, nec jure Ordinario, nec jure delegato, exercere, vel ab ipſis computum, ſeu rationem exigere.

Præfati Clerici, ſeu Presbyteri, Laicique Miniſtri quandonam expreſſa exemptione gaudere incipiant.

§. 12. Utque hac in parte omnis in poſterum, circa numerum, & perſonas exemptorum, turbarum occaſio præventive ſubmoveatur, Sacriſtæ ſeu Rectori Hoſpitalis pro tempore exiſtenti diſtricte injungimus, ut Syllabum ſeu Rotulum diligenter conficere, & quoties propter mutationem perſonarum opus fuerit, renovare iisdem teneatur, in quo ſcripta ſint nomina, & cognomina ſingulorum vigintiquatuor Eccleſiaſticorum, & ſexdecim Laicorum prædictorum, ipſumque Rotulum propria manu ſubſcriptum, & ſigillo Hoſpitalis munitum Nuntio Apoſtolico Neapoli reſidenti, ut cum pro notitia ad Archiepiſcopum tranſmittere poſſit, tradere, & conſignare debeat: ita ut nemo ex prædictis Eccleſiaſticis, & Laicis utcumque electis, & deputatis a dictis duobus Nobilibus, exemptione aliqua, niſi poſt hujuſmodi conſignationem gaudere, & multo minus aliquis ſive Clericus, ſive Presbyter, qui intra præfixum numerum dictorum vigintiquatuor, in Rotulo, ut ſupra, conſignato, deſcriptus non reperiatur, exemptionem aliquam allegare poſſit, vel intuitu alicujus Cappellaniæ, vel ex quo pro ſua devotione, aut recepta etiam conſueta eleemoſyna, vel denique ex alio quovis titulo, ſeu prætextu, ad Eccleſiam exteriorem Hoſpitalis, ſive ad Oratorium, & Cappellam interiorem, acceſſerit, aut accedat pro celebrandis inibi Miſſis, aut aliis Divinis Officiis peragendis. Hos enim omnes, tamquam nullo pacto exemptos, volumus, atque decernimus, ut ne quidem ad celebrandas Miſſas in Eccleſia, ſeu Oratorio admittantur, niſi exhibita Sacriſtæ ſeu Rectori conſueta licentia Curiæ Archiepiſcopalis celebrandi in Civitate & Diœceſi, quæ nondum expiraverit.

Iidem omnes Rectoris juriſdictioni ſubjiciuntur.

§. 13. Declaramus itidem, atque decernimus, Rectorem, ſeu Sacriſtam Hoſpitalis a duobus Nobilibus, ut ſupra, electum, toto tempore, quo in hujuſmodi Officio duraverit, habere poteſtatem & juriſdictionem ſuper dictos vigintiquatuor Clericos, ſeu Presbyteros, nec non ſuper dictos ſexdecim Laicos Eccleſiæ, Hoſpitali, & Bibliothecæ addictos, eiſque reſpective inſervientes, poſtquam tamen in Rotulo, ut ſupra, conſignato deſcripti fuerint, & non prius; ipſoſque corrigendi, puniendi, excommunicandi, & omnem juriſdictionem Eccleſiaſticam in eos exercendi, quotieſcumque contingat, ipſos in delictum, ſeu crimen aliquod incidere.

Rectoris aliorumque Sacerdotum facultas in audiendis Confeſſioni-

§. 14. Item declaramus, atque decernimus Sacriſtam, ſeu Rectorem, & alios vigintiquatuor Eccleſiaſticos in Rotulo deſcriptos, ſi Presbyteri fuerint, poſſe ſuas invicem, atque Infirmorum

bus, cæteriſque Sacramentis miniſtrandis.

ibidem decumbentium, nec non etiam dictorum ſexdecim Miniſtrorum Laicorum Sacramentales Confeſſiones audire, & Sacram Euchariſtiam, atque Oleum Sanctum in ipſo Hoſpitali, & reſpectivè in ejus Oratorio, vel Eccleſia eiſdem miniſtrare, atque alia facere, quæ circa hæc neceſſaria fuerint, & opportuna: dummodo tamen ab Archiepiſcopo approbati fuerint, vel generaliter ad Confeſſiones audiendas in Civitate, & Diœceſi, vel etiam in genere pro Hoſpitalibus; & dummodo inſuper Oleum Sanctum Infirmorum per eos quotannis accipiatur, conſueto ritu, & tempore, ab Eccleſia Cathedrali Metropolitana, quemadmodum illud accipiunt, & accipere tenentur Regulares, & cæteri exempti.

Accedere non tenentur ad Proceſſiones ab Archiepiſcopo quocunque jure indictas.

§. 15. Item Rectorem ſeu Sacriſtam præfatum, nec non dictos alios vigintiquatuor Clericos ſeu Presbyteros, Hoſpitali, ut ſupra, addictos, non teneri accedere neque ad Synodum, neque ad publicas & generales Proceſſiones, aut alias quaſvis functiones Eccleſiaſticas, ab Archiepiſcopis pro tempore jure Ordinario, ſive etiam Delegato indicendas; & quatenus ipſi Proceſſionem aliquam facere velint, poſſe eas facere, dummodo faciant tempore diverſo ab illis indictis ab Archiepiſcopo, eaſque ducant prope muros Eccleſiæ, exterioris dumtaxat. In ea vero Proceſſione, quam Sacriſta, & Presbyteri Hoſpitalis facere ſolent die Feſto S. Candidæ, ad effectum accipiendi illius Imaginem ſive ſtatuam ab Eccleſia Metropolitana, declaramus atque decernimus teneri eos obſervare Ordinem & formam, quam cæteri omnes obſervant, quando ob eamdem cauſam accipiendi ſtatuas ſuorum Patronorum accedunt ad ipſam Eccleſiam Metropolitanam.

Suas ipſi Proceſſiones an, & quomodo ducere debeant.

Indulgentias publicare, dimiſſorias concedere, aliaque id genus attentare prohibentur.

§. 16. Item declaramus, atque decernimus, Sacriſtæ, ſeu Rectori Hoſpitalis nullo pacto licere, & multo minus alicui ex dictis vigintiquatuor Eccleſiaſticis, Indulgentias, ſeu Jubilæum publicare, aut litteras dimiſſorias ad Ordines alicui, etiam ex ipſis vigintiquatuor, concedere, aut publicare Monitoria pro rebus ſubtractis, aut deperditis, aut reos extrahere ab eorum Eccleſia, & Hoſpitali, aut veſtibus, vel inſignibus Prælatitiis inter ipſam Eccleſiam, & Hoſpitale, & multo minus extra illa, uti, & generaliter nullam aliam ſibi aſſumere facultatem, præter eas, quæ in hiſce noſtris litteris exprimuntur.

Rectoris facultas exercitia ſpiritualia exhibendi.

§. 17. Eidem tamen Sacriſtæ, ſeu Rectori de benignitate Apoſtolica concedimus, ut per ſe, vel per alium exercitia ſpiritualia ſemel in anno, ſed clauſis januis intra Eccleſiam ſive Oratorium Hoſpitalis, iis dumtaxat, qui exemptione, ut ſupra, gaudere debent, libere, & licitè præbere poſſit, cum ſcientia tamen, atque intelligentia Nuntii Apoſtolici Neapoli reſidentis: alio vero quovis tempore, caſu, & occaſione, nolumus omnino, quod intra Eccleſiam, Oratorium, aut Hoſpitale prædictum, ſive publice, ſive privatim conciones habeantur, aut quod non exempti ad prædicta exercitia ſpiritualia ullo unquam tempore admittanrur, non obtenta prius, & qualibet vice licentia in ſcriptis ab Archiepiſcopo.

Limitata facultas exponendi ſemel in menſe Sanctiſſimum Sacramentum irrequiſito Archiepiſcopo.

§. 18. Ad hæc eidem Hoſpitali de Apoſtolica benignitate ſimiliter concedimus, ut ſemel in quolibet menſe, ideſt prima die Dominica horis Veſpertinis, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in ejus Eccleſia exteriori, abſque alia Archiepiſcopi licentia publicæ adorationi exponi poſſit, ſervatis tamen legibus, & regulis ab Archiepiſcopo præſcriptis pro expoſitionibus hujuſmodi ritè peragendis in aliis Civitatis Eccleſiis; & quatenus alio quocumque die, præter diem, ut ſupra, præſtitutum, Sanctiſſimum Sacramentum exponi velit, eo caſu licentia in ſcriptis ab Archiepiſcopo qualibet vice obtineri debeat.

Juſtiſſima præſervatio reverentiæ & obſequii, Archiepiſcopo ab omnibus, etiam exemptis, ubique exhibendi.

§. 19. Ulterius declaramus, atque decernimus exemptionem, qua ſupra fruuntur, & gaudent, fruique & gaudere debent vigore dictarum litterarum Apoſtolicarum Martini V., & Pauli III. nec non Ordinationum, ſeu Statutorum præfati Cardinalis Brancacci, Hoſpitale, ejuſque Eccleſia exterior, & Cappella interior, duo Nobiles Deputati, Sacriſta ſeu Rector, nec non alii vigintiquatuor Clerici, ſeu Presbyteri, & ſexdecim Miniſtri laici in Rotulo, ut præfertur, deſcribendi a quacumque juriſdictione tam ordinaria, quam delegata, viſitatione, poteſtate, & dominio Archiepiſcopi, intelligendam ſemper eſſe, ſalva reverentia eidem Archiepiſcopo de jure debita ab omnibus, & quibuſcumque exemptis, non ſolum extra, ſed etiam intra ipſum Hoſpitale, ejuſque Eccleſiam, atque Oratorium.

Recenſitæ omnes perſonæ ut ſupra exemptæ declarantur immediate ſubjectæ S. Sedis auctoritati & juriſdictioni.

§. 20. Ac tandem declaramus, atque decernimus dictam exemptionem, & reſpective juriſdictionem, quam ſuperiùs competere diximus Sacriſtæ, ſeu Rectori in dictos vigintiquatuor Clericos, ſeu Presbyteros, & alios ſexdecim Laicos, puniendi, excommunicandi, & corrigendi; necnon facultatem eidem Sacriſtæ, dictiſque aliis Presbyteris attributam, excipiendi Confeſſiones Sacramentales ipſorum Exemptorum, atque infirmorum in dicto Hoſpitali decumbentium, prout etiam adminiſtrandi iiſdem Infirmis alia Sacramenta Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis, ac præbendi, ut ſupra, ſemel in anno januis clauſis Exercitia Spiritualia, atque exponendi ſemel in menſe prælaudatum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum, intelligi ſemper debere, ſalva in omnibus noſtra, & Sedis Apoſtolicæ auctoritate, cui, vigore ipſarum litterarum Martini, & Pauli Prædeceſſorum noſtrorum, atque Ordinationum Cardinalis Brancacci, Hoſpitale ipſum cum ſuis perſonis, & bonis immediatè ſubjectum eſt. Volumus propterea, ut Nuntio Apoſtolico in Civitate Neapolis reſidente, tamquam ſpeciali Delegato ejuſdem Sanctæ Sedis, quandocumque liceat, & quoties ei opportunum videbitur, ipſum Hoſpitale, Oratorium, & Eccleſiam, ejuſque Sacriſtam, ſeu Rectorem, alioſque tam Clericos, vel Presbyteros, quam Laicos a juriſdictione Archiepiſcopi tam ordinaria, quam delegata, ut præfertur, exemptos, in iis, quæ reſpiciunt divinum cultum, morum, vitæque honeſtatem, & adminiſtrationem prædictorum Sacramentorum, ac doctrinæ in Exercitiis Spiritualibus exponendæ puritatem, & generaliter quoad omnia ſpiritualia, viſitare corrigere, & punire, & in eos quoſcumque juriſdictionis actus exercere, quos nomine S. Sedis exercet, atque exercere poteſt, ac debet in alios hujuſmodi, qui in limine fundationis a poteſtate & juriſdictione ſuorum Ordinariorum exempti fuerunt, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecti. Et hæc omnia cum expreſſa declaratione quod ea, quæ pro bono pacis, & ad extinguendas tot lites, quæ non ſine magna Civitatis perturbatione hactenus exarſerant, huic Hoſpitali S. Angeli a Nido, ut præfertur conceſſa, & declarata fuerunt, ab aliis Civitatis Hoſpitalibus nullo pacto in exemplum trahi poſſint.

Quæ exiſtenti pro tempore Apoſtolico Nuncio in Civitate Neapolis delegatur exercenda.

Ampliſſimæ clauſulæ & decreta in præmiſſorum firmitatem.

§. 21. Decernentes quoque has Noſtras litteras & in eis contenta, & decreta hujuſmodi etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis, vel illorum aliquo quomodolibet intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati & auditi non fuerint, aut ex quibuſvis aliis cauſis, occaſionibus, vel prætextibus, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, vel quovis alio defectu notari vel impugnari, aut aliàs infringi, ſuſpendi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam poſſe: eaſque omnino ſub quibuſvis contrariis Conſtitutionibus, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus gene-

ralibus,

ralibus, vel ſpecialibus, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac aliàs quandocumque, & quibuſvis de cauſis pro tempore factis, & faciendis minime comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, ac de novo conceſſas, ſemperque & perpetuo validas, firmas, & efficaces eſſe & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, perpetuo & inviolabiliter obſervari debere.

Aliter judicandi adempta facultas.

§. 22. Sicque, & non aliàs per quoſcumque Judices, Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Efficaciſſima contrariorum derogatio.

§. 23. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, etiam de jure quæſito non tollendo, & prædictis Martini V., & Pauli III., aliiſque Apoſtolicis quorumcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum, ac in Synodalibus, Provincialibus, & univerſalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, nec non quibuſvis prædictæ Concilii Tridentini Interpretum, & aliarum ejuſdem S. R. E. Cardinalium Congregationum decretis, ſeu reſolutionibus, Apoſtolica etiam auctoritate confirmatis, ac quibuſvis actibus in contrarium præmiſſorum omnium, aut ſingulorum antiquitus, aut nuper factis, & iteratis, ſeu pluries & ſæpe repetitis, nec non dicti Hoſpitalis, illiuſque Eccleſiæ, & Domus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; præmiſſis quoque, aliiſque privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis, eiſdem Hoſpitali, & Eccleſiæ, ac Domui, illiuſque Gubernatoribus, ſeu Deputatis prædictis, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores prædictos, & Sedem Apoſtolicam, vel alios quoſcumque, quacumque dignitate ac auctoritate fulgentes ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata inſerti forent; præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum validitatis, & executionis, ac obſervantiæ omnium & ſingulorum præmiſſorum, hac vice tantum harum ſerie derogamus: illaſque & illa juxta omnia & ſingula præmiſſa modificamus, limitamus, & reducimus; cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§. 24. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Noſtræ avocationis, ſuſpenſionis, extinctionis, declarationis, conceſſionis, decreti, derogationis, modificationis, limitationis, & reductionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. 4 Oct. 1755. Pont. 16.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo quinto, quarto nonas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Sextodecimo.

*J. Card. Pro-Datar.*

*D. Card. Paſſioneus.*

VISA

De Curia J. C. Boſchi.

Loco † Plumbi.

L. Eugenius.

*Regiſtrata in Secretaria Brevium.*

---

LV.

Celebratio trium Miſſarum Natalitio Chriſti die præcipuus Latinæ Eccleſiæ Ritus demonſtratur: ideoque univerſim ab Orientalibus, præſertim vero ab Armenis Ligurno in Portu commorantibus, non uſurpandus.

La Celebrazione delle tre Meſſe nel giorno di Natale ſi prova Rito privativo della Chieſa Latina, e perciò da non poterſi uſare generalmente dagli Orientali, ed in particolare dagli Armeni dimoranti in Livorno.

*Ven. Fratri Nicolao Lercari Archiepiſcopo Rhodien. Congregationis Propagandæ Fidei Secretario.*

*Ven. Fratri Nicolao Lercari Archiepiſcopo Rhodien. Congregationis Propagandæ Fidei Secretario.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Conſcribendæ Epiſtolæ occaſio recenſetur.

IN ſuperiori ante proximum ad Nos habito acceſſu, retuliſti, Te, in ſuſpicionem adductum, Sacerdotes Armenos Ligurno in Portu commorantes Sacro Natali Domini die tres unumquemque Miſſas in nationis ſuæ templo celebrare, non prætermiſiſſe opportunas ad Piſanum Archiepiſcopum dare litteras, ut certior fieres, num res, prout ferebatur, ſe haberet, & ſi ita quidem, ex quo tempore invaluerit uſus, tria deſignato die offerendi Sacrificia; tibique fuiſſe a memorato Præſule reſcriptum, offerri ab Armenis Sacerdotibus in Ligurnenſi ſuæ gentis Ec-

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

NELLA penultima udienza, che Noi le dammo, Ella ci eſpoſe; che avendo avuto qualche barlume, che i Sacerdoti Armeni, che ſono in Livorno, nella loro Chieſa nazionale nel dì del Santo Natale celebravano le tre Meſſe; non aveva tralaſciato di ſcrivere a Monſignor Arciveſcovo di Piſa, per ſapere, ſe il fatto era vero; e da quanto tempo in quà, eſſendo vero, ſi foſſe introdotto l'uſo della celebrazione delle tre Meſſe nel giorno predetto; e che dal Prelato l'era ſtato riſpoſto, celebrarſi dai Sacerdoti Armeni nella loro Chieſa nazionale in Livorno le

Racconto del fatto, che diede occaſione di ſcrivere la preſente lettera.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cleſia tres Miſſas Natalitio Chriſti die, idque in uſu primum ea in Eccleſia fuiſſe poſitum a duobus Miſſionariis Parochis ſub annum 1725., exindeque ſemper rem eodem modo tranſactam; ac inſuper ejus gentis homines referre, multos per Orientem Sacerdotes Armenos Catholicos, ejuſdemque Ritus Miſſionarios Sancto Natalis Chriſti die tres Miſſas ſingulos celebrare; a quibus porro omnibus, noſtra ipſe expetebas juſſa, de relinquenda, vel interdicenda trium Sacrorum oblatione, ab Armenis Sacerdotibus, Natalitio Chriſti die, Ligurni in gentis ſuæ Eccleſia, fieri ſolita.

Latinæ Eccleſiæ Ritus eſt præcipuus, ut ſinguli Sacerdotes tres Miſſas offerant Natalitio Chriſti die.

§. 2. Pervetuſtus eſt, atque univerſim in Latinam Eccleſiam receptus Ritus trini Sacrificii per unumquemque Sacerdotem Natalitio Chriſti die offerendi; verum apud Orientalem Eccleſiam nullum extat præfati Ritus veſtigium; ne verbum quippe de eo in Liturgiis Græco-Arabicis Melchitarum, nec in Syriacis, Chaldeiſque, neque etiam in reliquis Cophtorum, Armenorum, Græcorum, atque Ruthenorum, qui Græcos ſibi ritus adſcivere. Patres Baſiliani Cryptæ Ferratæ, etſi Latinos aliquot Ritus amplexi ſint, tres tamen Miſſas Natalis Domini die nec in memorato Monaſterio, nec alibi celebrare conſueverunt. Et in ipſa Provinciali Synodo habita ſub annum 1736. in Monte Libano, cui præfuit Joſeph Simonius Aſſemanus Præſul, qui juſſu Clementis XII. Prædeceſſoris noſtri eo profectus, impoſito ſibi muneri cumulate ſatisfecit, hæc leguntur *cap. 13. de ſacroſancto Miſſæ Sacrificio : Privilegium autem, quod Latini Presbyteri habent in Natali Domini ter Miſſas celebrandi, ad noſtros Sacerdotes nullatenus extendendum eſſe decernimus, & ſtatuimus : non quod morem illum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum matris, ac magiſtræ condemnemus : abſit hoc a nobis, qui filii illius obſequentiſſimi ſumus; ſed quia veterem noſtrum ritum ſervari volumus.*

Ideoque Orientalis Eccleſia eo uti non poteſt.

§. 3. Hæc Synodus prævio opportuno examine, fuit a Nobis confirmata, veluti noſſe licet ex Conſtitutione Noſtra in Bullarium Noſtrum illata. Cumque ex memorata Synodo, æque ac ex prædicatis Liturgiis Orientalibus innoteſcat, offerri quidem in Occidentali Eccleſia trinum Natali Chriſti die Sacrificium, non item vero in Orientali Eccleſia, jam locus fit regulæ latius per Nos firmatæ in Noſtris Encyclicis Litteris datis octavo Kalendas Auguſti anni 1755. ad Miſſionarios per Orientem, præloque Congregationis Propagandæ Fidei impreſſis, non eſſe ſcilicet permiſcendos ritus; ſuum a Latina, ſuum itidem ab Orientali Eccleſia ritum ſervari oportere : hoc quippe eſt Sacris Canonibus ſancitum, Conſtitutionibus Apoſtolicis cautum, ac Sanctæ Sedis perpetuo ſyſtemate, præfatis literis late demonſtrato, firmatum.

Vide ſuperius eaſdem Encyclicas literas Conſtit. L. pag. 151. & ſeq.

Diluitur objectum deſumptum ex mutua Orientalem inter, & Latinam Eccleſiam nonnullorum Rituum participatione.

§. 4. Et ſi unquam excipi contingeret, iiſdem in Litteris in exemplum per Nos adduci Latinos quoſdam Ritus ab Orientalibus, & viciſſim Græcos quoſdam Ritus a Latinis cooptatos, parata ſuppetit reſponſio, eſtque ejuſmodi, id factum, vel conſectarium fuiſſe immemorialis conſuetudinis ſecumferentis famam conceſſi Apoſtolici privilegii; vel inductum ex privilegio Apoſtolico vero, conceptoque; quarum quidem rerum, quod ad præſentem quæſtionem attinet, nec ſpecies ulla, quin potius perſpicua ex adverſo perſtat probatio. Cum enim Edeſſenus Archiepiſcopus Armeni Ritus, Romæ degens facultatem ſibi expetiiſſet, celebrandi tres Miſſas Natalitio Chriſti die, utque facultas ejuſmodi ad reliquos etiam Sacerdotes Romæ

commo-

tre Meſſe nel giorno di Natale; eſſerſi ciò incominciato a praticare da due Miſſionari Parochi nella detta Chieſa nell'anno 1725., ed eſſerſi ſempre da quel tempo in qua continuato nello ſteſſo modo; riferire altresì i nazionali, che nell'Oriente molti Sacerdoti Armeni Cattolici, e Miſſionarj dello ſteſſo Rito nel dì del Santo Natale celebrano le tre Meſſe; conchiudendo poi eſſa il diſcorſo col richiedere i Noſtri ordini ſopra o il laſciar correre, o il proibire la celebrazione delle tre Meſſe, che ſi fa dai Sacerdoti Armeni nel dì di Natale nella loro Chieſa nazionale in Livorno.

L'uſo di celebrarſi tre Meſſe nel giorno di Natale da ciaſcun Sacerdote è Rito privativo della Chieſa Latina.

§. 2. Il Rito della celebrazione delle tre Meſſe, che ſi fa da ogni Sacerdote nel giorno del Santo Natale, è antico, ed univerſale nella Chieſa Latina : ma nella Chieſa Orientale non v'è veſtigio del predetto Rito : non facendoſene parola nelle Liturgie Greco-Arabe de'Melchiti, nè in quelle de'Siri, o Caldei, nè in quelle de' Copti, degli Armeni, e de'Greci, e de' Ruteni, che hanno adottato il Rito Greco. I Padri Baſiliani di Grotta Ferrata, benchè in molti capi abbiano adottato alcuni Riti Latini, non celebrano però nè nel detto Monaſtero, nè in altro le tre Meſſe nel giorno di Natale. E nel Sinodo Provinciale tenuto l'anno 1736. nel Monte Libano ſotto il Patriarca Antiocheno colla preſidenza di Monſignor Giuſeppe Simonio Aſſemani, che per ordine del Noſtro Predeceſſore Clemente XII., eſſendoſi portato colà, adempì lodevolmente il ſuo miniſtero, così ſi legge *al cap. 13. de ſacroſancto Miſſæ Sacrificio : Privilegium autem, quod Latini Presbyteri habent in Natali Domini ter Miſſas celebrandi, ad Noſtros Sacerdotes nullatenus extendendum eſſe decernimus, & ſtatuimus : non quod morem illum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum matris, ac magiſtræ condemnemus : abſit hoc a nobis, qui filii illius obſequentiſſimi ſumus; ſed quia veterem noſtrum Ritum ſervari volumus.*

E perciò non può uſarſi dalla Chieſa Orientale.

§. 3. Fu queſto Concilio, dopo il dovuto eſame, confermato da Noi, come può vederſi nella noſtra Coſtituzione inſerita nel noſtro Bollario. E ricavandoſi non meno dal detto Concilio, che dall'allegate Liturgie Orientali, celebrarſi nella Chieſa Occidentale le tre Meſſe nel giorno di Natale, e non celebrarſi nella Chieſa Orientale, reſta aperta la ſtrada alla maſſima da Noi diffuſamente comprovata nella Noſtra Lettera Circolare ai Miſſionari d'Oriente ſcritta ſotto il giorno 26. di Luglio del preſente anno 1755., e ſtampata nella Stamperia della Congregazione di Propaganda, che non ſi confonda un Rito coll'altro, che la Chieſa Latina oſſervi il ſuo Rito, e la Chieſa Orientale il proprio: eſſendo ciò preſcritto dai Sagri Canoni, e dalle Apoſtoliche Coſtituzioni, e ſtabilito nel ſiſtema della Santa Sede, ampiamente dimoſtrato nella Lettera predetta.

Si veda queſta lettera Circolare di ſopra Conſt. L. pag. 151. & ſeq.

Riſpoſta all'objetto d'eſſerſi tra Latini ed Orientali fatta vicendevole comunione di alcuni Riti.

§. 4. E quando mai ſi diceſſe, che nella ſteſſa Lettera ſono allegati da Noi alcuni eſempj di Riti Latini adottati dagli Orientali, e di alcuni Riti Greci adottati dai Latini, la riſpoſta è in pronto, ed è, ciò eſſerſi fatto o in ſequela d'una immemorabile conſuetudine, che porta ſeco la fama della conceſſione d'un privilegio Apoſtolico, o in ſequela d'un vero effettivo Apoſtolico privilegio : delle quali coſe nel caſo, ch'è in queſtione, non v'è apparenza, anzi piuttoſto v'è chiara pruova in contrario : imperocchè avendo Monſignor Arciveſcovo di Edeſſa di Rito Armeno, che ſtava in Roma, pregato per avere la licenza di celebrare le tre Meſſe nel giorno di Natale, e che queſta licenza s'eſtendeſſe anche agli altri Sacerdoti Armeni,

che

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

commorantes protenderetur ; propoſitis hujuſmodi precibus in Congregatione Sacræ Inquiſitionis coram Conſultoribus decimo tertio Kalendas Martii 1710., relatiſque iterum in Congregatione de more habita in Palatio Apoſtolico tertio Kalendas Martii, negativum redditum fuit reſponſum; quamvis is, cui demandata fuit provincia ſcribendi ea de re, ſcriptoque ſuam proferendi ſententiam, in partem affirmativam ſeſe præſtiterit procliviorem, quemadmodum deprehendimus ex ſcriptis negotium illud attingentibus, quæ ex ædibus Sacræ Inquiſitionis afferri ad Nos voluimus ; & hoc fuit quidem dubium tunc propoſitum : *An dicto Archiepiſcopo concedendum ſit Indultum celebrandi tres Miſſas in die Nativitatis Domini more Latinorum, hocque extendendum ad omnes Presbyteros Armeni Ritus in Urbe commorantes*: hoc vero reſcriptum : *Quoad petitum Indultum celebrandi tres Miſſas in die Natalis Domini more Latinorum, reſpondendum eſſe negative.*

Alia peculiaris ratio adverſus Armenos Liburni cõmorantes.

§. 5. Prætereundæ nec ſunt, quæ in præfatis Litteris Noſtris §. 45. a Nobis afferuntur. Cautum fuerat jam inde ab anno 1674., ut Armeni Liburno in Portu domicilium habentes, quippe una nobiſcum viventes, in Paſchatis, ceteriſque Feſtis diebus celebrandis, ad Gregorianum emendatum Kalendarium ſe conformarent. Tot tantaſque turbas commoverunt præfati Armeni, ut habita ſub annum 1699. iterata Congregatione decretum fuerit, ut uſus veteris Kalendarii Armenis Liburnenſibus relinqueretur, quouſque ad novum recipiendum ſeſe accommodaſſent, & quouſque Apoſtolica Sedes aliud edixiſſet. Eſt itaque Liburnenſibus Armenis ſua pro ratione voluntas, reſpuunt Latinum Ritum, uſum ſcilicet Kalendarii emendati, quamvis nobis intermixti vivant, ſitque illud juſtitiæ conſonum : cumque porro Latinum Ritum ter offerendi Sacrificium Natali Chriſti die ſibi indebitum expoſcant, facile captu eſt, haud decere, ut ſui voti compotes fiant.

Altera objectio deſumpta ex oblatione trini Sacrificii a Sacerdotibus Armenis peragi ſolita etiam per Orientem.

Præmiſſa opportuna hiſtorici facti narratione, praxis iſthæc ex erronea cauſa veriſimiliter derivata demonſtratur,

§. 6. Reliquum illud eſt, quod aſſeritur in Litteris Piſani Archiepiſcopi, Armenæ nimirum nationis homines Liburno in Portu commorantes aſſeverare, memoratas tres Miſſas a multis per Orientem Armenis Sacerdotibus Catholicis, ejuſdemque Ritus Miſſionariis celebrari ; idque Nobis veriſimile videtur, at nihil inde in rem præſentem. Beatus Bartholomæus Bononienſis ex Fratrum Prædicatorum familia, fuit à Joanne XXII. Pontifice in Armeniam ablegatus ſub ann. 1318., & ab ipſo Maragenſis Epiſcopus inauguratus, exindeque translatus ad Naxivanum Archiepiſcopatum. Quo ipſo tempore præfatus Beatus Bartholomæus celebri illa Miſſione fungebatur, aderat in Armenia Iſaias quidam Schiſmaticus trecentis ſeptuaginta diſcipulis præpoſitus. Mens ipſi inerat recta, & motus fama ſanctitatis B. Bartholomæi, edoctuſque ab ipſo Catholicæ Fidei veritatem, ſe ei ſocium adjunxit, ſuis omnibus diſcipulis ſecum adductis : tuncque contigit, ut inſtitueretur Congregatio Fratrum unitorum, aſſumpto ab iis omnibus habitu Dominicani inſtituti, emiſſaque Profeſſione vitæ Regularis ſub Regula Sancti Auguſtini, & Fratrum Prædicatorum Conſtitutionibus. Videre eſt omnia in Opere Patris Galani *de conſenſione Armenæ Eccleſiæ cum Romana part. 1. pag.* 508. *& ſeq.* atque elucubratius *tom. 2. hiſtoriæ virorum illuſtrium Dominicani Ordinis*, Auctore Patre Touron *lib. 1 pag.* 108. *& ſeq.* Iſthæc Congregatio ſubjecta fuit Magiſtro Generali Dominicæ Familiæ ab Innocentio VI. ſub annum 1356., uti colligere eſt ex ejus Litteris in Dominicanum Bullarium relatis *pag.* 148., & in generalibus totius Ordinis

Comi-

che erano in Roma ; propoſtaſi l'iſtanza nella Congregazione del S. Officio fra i Conſultori ai 17. di Febbrajo 1710., e ripropoſtaſi nella Congregazione tenuta ſecondo il ſolito in Palazzo nel giorno 27. di Febbrajo, la riſpoſta fu negativa : ancorchè chi ebbe l'incombenza di ſcrivere, e di dire il ſuo voto in carta, foſſe ſtato molto proclive alla parte affermativa : come abbiamo riconoſciuto, eſſendoci fatte portare dal S. Officio le ſcritture appartenenti al caſo : ed ecco il Dubbio propoſto : *An dicto Archiepiſcopo concedendum ſit Indultum celebrandi tres Miſſas in die Nativitatis Domini more Latinorum, hocque extendendum ad omnes Presbyteros Armeni Ritus in Urbe commorantes* : ed ecco la riſpoſta : *Quoad petitum Indultum celebrandi tres Miſſas in die Natalis Domini more Latinorum, reſpondendum eſſe negativè.*

Altro motivo particolare contrario agli Armeni di Livorno.

§. 5. Nè dee tralaſciarſi quanto da Noi vien riferito nella predetta Noſtra Lettera Circolare al §. 45. Era ſtato ordinato fino dall' anno 1674., che gli Armeni, che hanno domicilio in Livorno, avvegnachè viventi con Noi, doveſſero conformarſi al Calendario Gregoriano corretto, nella celebrazione della Paſqua, e delle altre Feſte. Furono tanti e tanti i rumori, che dai predetti Armeni ſi eccitarono, che eſſendoſi tenuta nell' anno 1699. una nuova Congregazione, fu riſoluto, che ſi laſciaſſe correre l'uſo dell' antico Calendario riſpetto agli Armeni, che erano in Livorno, finchè ſi foſſero diſpoſti ad accettare il nuovo, e finchè la Santa Sede non aveſſe ordinato diverſamente. Vogliono dunque gli Armeni, che ſono in Livorno, quello che vogliono. Non vogliono il Rito Latino, cioè l'uſo del Calendario corretto, benchè vivano fra noi, e benchè ciò ſia giuſto : e volendo poi il Rito Latino nelle tre Meſſe di Natale, che non gli tocca, non vi vuol molto a comprendere, che non è di dovere, che ſiano eſauditi.

Seconda objezione fondata ſull' uſo di celebrarſi anche in Oriente da' Sacerdoti Armeni le dette tre Meſſe.

Con una opportuna oſſervazione iſtorica ſi prova probabilmente erroneo nella ſua origine un tal'uſo.

§. 6. Reſta quello, che ſi dice nella Lettera di Monſignor Arciveſcovo di Piſa, che i nazionali, che ſono in Livorno, atteſtano, celebrarſi in Oriente le tre Meſſe da molti Sacerdoti Armeni Cattolici, e da' Miſſionarj del loro Rito : e ciò da Noi ſi crede veriſimile, ma non giova all' intento. Il Beato Bartolomeo da Bologna Domenicano, detto comunemente l'Apoſtolo degli Armeni, fu ſpedito nell' Armenia nel 1318. dal Pontefice Giovanni XXII., e fu da eſſo creato Veſcovo di Maraga, e poi traſportato all' Arciveſcovado di Naxivan. Nel tempo della celebre Miſſione del detto Beato Bartolomeo eravi in Armenia un certo Iſaia ſciſmatico, che aveva ſotto di ſe trecento ſettanta diſcepoli. Era eſſo di buona intenzione, e moſſo dalla fama della ſantità del Beato Bartolomeo, ed illuminato da eſſo della verità della Fede Cattolica, s'unì con lui, conducendo ſeco tutti i ſuoi diſcepoli : ed allora fu, che ſi formò la Congregazione de' Frati uniti, avendo tutti preſo l'Abito di S. Domenico, e fatta Profeſſione di vivere in vera Religione, ſeguitando la Regola di S. Agoſtino, e le Coſtituzioni de' Frati Predicatori. Il tutto ſi vede nell'Opera del Padre Galano *nella Conciliazione della Chieſa Armena colla Romana part.* 1. *pag.* 508. *e ſeg.*, e con maggior felicità *nel tom.* 2. *della Storia degli Uomini Illuſtri dell' Ordine Domenicano* del Padre Touron *al lib.* 1. *pag.* 108. *e ſeg.* Fu queſta Congregazione ſottopoſta al Generale de' Domenicani dal Pontefice Innocenzo VI. l'anno 1356., come ſi raccoglie dalla di lui Lettera nel Bollario Domenicano *al tom.* 2. *pag.* 248., e nel Capitolo Generale tenuto l' anno 1583. queſta nuova Congregazione incominciò a prendere il rango

di

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Comitiis habitis anno 1583. nova hæc Congregatio ad Regularis Povinciæ gradus jura, & honores attolli cœpit. Cum autem Iſaiæ diſcipuli unam noſcerent Armenam Linguam, præterea nullam, & plenam ceteroquin cum Dominicanæ Familiæ Religioſis unionem conſtituerent, neceſſe fuit, quemadmodum referunt præcitati Hiſtorici, ut Regulæ, Statuta, Breviarium, & Miſſale Ordinis in Linguam verterentur Armenam. Comperimus autem temporibus nobis proximis inſtetiſſe Patres Armenæ Provinciæ Ordinis Prædicatorum, quo ſibi liceret, typis mandare ſua Breviaria, ac Miſſalia, e Latino in Armenum idioma tranſlata; annuitque precibus Congregatio Romanæ univerſalis Inquiſitionis habita octavo Idus Septembris 1713., deputatis emendatoribus, ſive præli typici præſidibus, ut ad opportunas regulas exigerentur omnia, liceretque exinde tuto ſibi polliceri, nullos in novam editionem errores irrepere, quod ſatis ſuperque in hujuſmodi caſibus alias contigiſſe conſtiterat; probavitque omnia Summus Pontifex in Congregatione, proximo die, ſeptimo videlicet Idus Septembris ejuſdemmet anni habita.

Ideoque ex ea nihil conſici.

§. 7. Cum itaque Dominicanum Miſſale in Armenam Linguam verſum fuerit, cumque in Miſſali Dominicano tres reperiantur adnotatæ Miſſæ Natalitio Chriſti die celebrari ſolitæ, videtur admodum ſimile vero, Sacerdotes quoſdam Armenos, & Miſſionarios, videntes tres Miſſas a Patribus Dominicanis celebrari Natalitio Chriſti die, cœpiſſe & ipſos tria Sacrificia offerre, Dominicano Miſſali utentes in Armenam Linguam reddito: quoties autem ita ſe res habeat, quod veroſimilius eſt, quiſque ſanæ mentis homo facile animadvertet, haud ſubſiſtere fundamentum, in oblatione trini Sacrificii a nonnullis Armenis per Orientem peragi ſolita, conſtitutum, nec eo juvari ullatenus poſſe Armenos Liburno in Portu commorantes; eo quod tres Miſſæ in Miſſali Dominicano adnotatæ, ſemper Latini Ritus eſſe cenſeantur, etſi in Armenam Linguam verſæ; nec liceat Armenis pro arbitrio Latinos Ritus uſurpare.

Simillimo allato exemplo res confirmatur.

Simillimum Nobis ſuppetit exemplum ex Miſſa Latina Patrum Dominicanæ Familiæ in Græcam Linguam verſa juxta indultum a Bonifacio IX. datum Maximo Conſtantinopolitano Dominicanæ Familiæ viro, relatumque *tom.* 2. Bullarii Dominicani *pag.* 370. Ea quippe Dominicani Fratres quidem, nullatenus autem Græci, in Sacrificio offerendo uti poſſunt.

Monita ad Secretarium.

§. 8. Hæc itaque ſunt, quæ Nobis, quamvis male a podagra habitis, licuit colligere. Curæ tibi erit, Venerabilis Frater, deferre omnia ad Congregationem de Propaganda Fide; & ſi mandatum ab ea tibi fuerit, quod facillimum, ut ad Piſanum Archiepiſcopum reſcribas, opportunum fortaſſe erit, hujus ad te Noſtræ Epiſtolæ exemplum eidem reddendum curare. Interea Apoſtolicam tibi Benedictionem impertimur.

Dat. 29. Decembr. 1755. Pont. XVI.

Datum apud S. Mariam Majorem die 29. Decembris 1755. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſexto.

di Provincia. Non intendendo i Diſcepoli d'Iſaia altro, che la lingua Armena, e facendo l'unione coi Frati Domenicani; fu d'uopo tradurre in lingua Armena le Regole, gli Statuti, il Breviario, ed il Meſſale dell'Ordine, come raccontano i ſopradetti Iſtorici. Ne' tempi a Noi vicini ritroviamo avere i Padri dell'Ordine de' Predicatori della Provincia Armena pregato di poter far ſtampare i loro Breviarj, e Meſſali tradotti dal Latino nell'idioma Armeno; e la Congregazione del S. Officio tenuta ai 6. di Settembre 1713. ammiſe l'iſtanza, deputando i correttori, o ſiano preſidenti alla ſtampa, acciò il tutto ſi faceſſe colle dovute regole, e colla ſicurezza, che nella nuova edizione non correſſero errori, come altre volte in ſimili occaſioni era pur troppo accaduto: ed il tutto fu confermato dal Sommo Pontefice nella Congregazione tenuta nel giorno ſeguente 7. di Settembre dell'anno medeſimo.

E però è inutile per l'intento.

§. 7. Eſſendoſi dunque fatta la traduzione del Meſſale Domenicano in lingua Armena, ed eſſendovi nel Meſſale Domenicano le tre Meſſe nel giorno di Natale, pare aſſai veriſimile, che alcuni Sacerdoti Armeni, e Miſſionarj, vedendo che le tre Meſſe ſi celebravano nel dì di Natale dai Padri Domenicani, le abbiano ancor eſſi incominciate a celebrare, prevalendoſi del Meſſale Domenicano tradotto in Armeno: e quando queſto ſia, come è molto veriſimile, il fondamento della celebrazione delle tre Meſſe, che ſi fa da alcuni Armeni in Oriente; ogni uomo di buon ſenno facilmente ne conoſcerà l'inſuſſiſtenza, e ch'eſſo non può in veruna maniera giovare agli Armeni, che ſono in Livorno: appartenendo ſempre le tre Meſſe, che ſono nel Meſſale Domenicano, benchè tradotte in lingua Armena, al Rito Latino; e non potendo gli Armeni prevalerſi a loro capriccio del Rito Latino.

Si conferma l'aſſunto con un eſempio del tutto ſimile.

Simile è l'eſempio della Meſſa Latina de' Padri Domenicani tradotta in lingua Greca, giuſta la conceſſione fatta da Bonifazio IX. a Maſſimo di Coſtantinopoli Domenicano, che è *nel tom.* 2. del Bollario Domenicano *pag.* 370.; celebrandoſi eſſa dai Domenicani, e non potendoſi celebrare dai Greci.

Ordini pe'l Secretario.

§. 8. Ed ecco quanto abbiamo potuto raccorre, non oſtante l'eſſere malamente trattati dalla podagra. Sarà ſua cura il notificare il tutto alla Congregazione di Propaganda; e ricevendo da eſſa gli ordini, come ſi può credere, di reſcrivere a Monſignor Arciveſcovo di Piſa, caderebbe forſe in acconcio di fargli capitare una copia di queſta Lettera, che ſcriviamo a Lei: alla quale intanto diamo l'Apoſtolica Benedizione.

Data 29. Decembre 1755. e decimo ſeſto del Pontificato.

Datum apud S. Mariam Majorem die 29. Decembris 1755. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſexto.

DECRE-